
INTRODVCTIO IN SACRAM DOCTRINAM.

Opus perutile tum ad concionandum, tum ad ſtudia peragenda & Scripturalis, & Scholaſticæ, & Moralis, & Canoniſticæ, & Controuerſiſticæ Theologiæ; vt Prooemium indicabit.

Cum quatuor indicibus; vno Capitum in principio libelli; tribus in fine, primo Sententiarum, ſecundo Thomiſtico, tertio Rerum.

Auctore FRANCISCO PAVONIO Catacenſi Theologo Societatis IESV.



NEAPOLI.
Ex Typographia Lazari Scorrigij, M.DC.XXIIII.

SANCTO IGNATIO LOYOLÆ,

Parenti optimo, Duci ſapientiſsimo,

FRANCISCVS PAVONIVS obſequij Monumentum DD.

MOs eſt eorum, qui tabulas hydrographicas ad vſum nauigationis deſcribunt, acum magneticã, pyxidẽq; nauticam illis adſcribere. Maris itinera, flexus, vortices, ſcopulos depingendo proponunt: vt quae uia ad quẽque portũ tenenda, quae pericula vitanda, ne naufragiũ accidat, oſtendatur. Sed quia ſine acu magnetica tabularũ illarũ vſus nullus eſt: acum appingunt. Polum acus reſpicit mũdi: ſuaq; ad polũ cõuerſione & tabularum ſitum ſiſtit, et nauigationis ordinẽ dirigit. Ego, Pater optime, hoc opuſculũ, quaſi tabellam quãdam nauticam, deſcribere, quantum mea tulit tenuitas, ſum conatus. quae cognoſcenda, quae agenda, quae vitanda, vt aliquando ad aeternae ſalutis portum perueniamus, ſummatim propoſui.

vt huius operis vſus ſit, qualis eſſe debet; te nunc libelli principio veram acum magneticam appono. Polus eſt diuina gloria: ad quam omnes hominum actiones dirigendae. quae pro regula in omni deliberatione, ac electione, habenda ſemper eſt. Ad hanc tu initio vitae ſanctiſsimae cum te conuertiſſes; nunquam ab ea uſque ad extremum ſpiritum mentē auertiſti. Id nobis apertè teſtantur & aureus Exercitiorũ ſpiritualium libellus, et Societatis Ieſu Conſtitutiones, quas ſapientiſsimè cõſcripſiſti. In his ego te libris, quaſi in nautica pyxide, veluti viuam acum intueor, Maioris diuinae gloriae finem omnibus Societatis hominibus commonſtrantem. Nae ego rectè facio: qui tuus alumnus in his tabellis meis te Acum inſcribo. Et vero ad hoc obſequium tibi exhibendũ me obligatiſsimũ agnoſco: qui quantus quantus ſum, tuus ſuum; tuis per tuam Societatem, in qua ab ineunte aetate viuo, & expenſis, & litteris, & praeceptis inſtitutus. Qui ad edendum in lucem librum & doctrinam, & modum ſuggeſsiſti: ipſe idem & efficacitatem ex Deo ſuppeditabis ad ductandum plurimos in portum ſalutis. Ego igitur tibi Parenti optimo, Duci ſapientiſsimo, laborem hunc dico. Neapoli IIII. Non. Februarij M. DC. XXIII.

FACVLTAS ADM. R. P. PRAEPOSITI Generalis Societatis Iesu.

CVm Introductionem in ſacram doctrinam, P. Franciſci Pauonij noſtræ Societatis, tres eiuſdem Societatis Theologi, quibus id commiſsum fuit, recognouerint, ac in lucem edi poſse probauerint: facultatem concedimus, ut typis mandetur; ſi ita ijs, ad quos pertinet, uidebitur. In quorum fidem has litteras manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus Romæ 20. Auguſti 1622.

Mutius Vitelleſcus.

QVæ in hoc aureo Introductionis in sacram doctrinam opusculo dilucidè, distinctè, & ordine præclaro ab eruditissimo Auctore traduntur, eiusmodi sunt, vt sine vlla prorsus offensione, immo cum ingēti fructu, & à rudioribus, & à doctis etiā Theologis legi possint. Conferent enim plurimum ad diuinas Scripturas, et ad Scholasticorum subtilitates percipiendas: dummodo diligenter, et attento animo relegantur. vt quod Poetæ fabulantur de Theseo, qui ex Labyrinthi anfractibus, et tortuosis mæandris fili ductu, Minotauro immani Monstro perempto, incolumis euasit; ad hoc Opusculum verissimè detorqueri possit. nam assiduo eius vsu, qui magister est optimus, sentient aliquando candidi, et studiosi Lectores breui temporis interuallo, ignoratione fœdissima depulsa, euasisse Theologos non omnino contemnendos. Alias verò vtilitates, ne sim longior, libens prætereo, quod in eiusdem Opusculi Epigraphe ab ipsomet Auctore recenseantur, prout studioso sacrarum litterarum lectori patebunt, si ad ipsius Opusculi lectionem impiger accedat. Mihi autem summopere optandum est, vt illud Reipublicæ Christianæ perutile futurum, quam primum typis excudatur, & euulgetur.

Rutilius Gallae. Canonicus dep.

VIdi hunc Librum, cuius titulus est, Introductio in sacram doctrinam; & censeo ad communem studiosorum vtilitatem, typis mandari posse. Dat. Neapoli die 22. mensis Augusti. 612.

Alexander Russus Can. Neap. dep.

Imprimatur. Lælius Tastius Vic. Gen.

INDEX CAPITVM.

De

Dist.

INTRODVCTIO IN SACRAM DOCTRINAM.

PROOEMIVM.

De operis fine, methodo, vsu.

DOctrinam sacram, Scripturę sanctę, Pontificum, & Conciliorum decreta, Patrum libri, Scholastica Doctorum scripta proponunt. Quam illa Ecclesiæ necessaria ad prædicationem, ac traditionem diuini verbi? ad veritatem Catholicam tuendam? Quanta in ea doctrina capessenda difficultas? quam multi fugiunt laborem istum? quam multi labore victi ab incepto studio recedunt? Esset operæpretium facilem aliquem ad illam aditum, quem omnes ingredi sine difficultate possint, *Finis.*

possint, aperire. Id nos hoc opere enitimur. Vtinam Deus aspirare dignetur votis nostris. Finis igitur huic opusculo propositus est, breuem enarrationem pertexere totius sacræ doctrinæ, tum Scholasticæ, tum positiuæ. quod fit ad introductionem eorum, qui eius doctrinæ studia volent capessere. Operis autem

Diuisio. Diuisio, ac methodus ea est. Omnis sacra doctrina aut de credendis est, aut de agendis. *Sacra* enim doctrina ea sola censetur esse, quæ disputat de ijs, quæ ad æternam animorum salutem spectant. Spectāt autem ad æternam salutem Deus, & media, quibus ad Dei possessionem peruenitur. peruenitur autem per Dei gratiam, & per bona opera nostra. Gratiæ autem auctor est Christus, & instrumenta sunt Ecclesiæ Sacramenta. Credenda ergo sunt à nobis hæc omnia, vt salutem consequamur; & simul ex ijs agenda bona opera. Sunt autem bona opera exercitium virtutum, tum earum, quas Theologales; tum earum, quas Morales appellant. quarum septem sunt genera, Fides, Spes, Charitas, Prudentia, Iústitia, Fortitudo, Temperantia. De his agitur in sacra doctrina tum Scholastica, quæ mysteria Fidei Christianæ rationibus naturalibus explicat; *a* tum Positiua,

a S.Th.2.2. q.140.a.2.

fitiua, quæ tota Scripturis facris nititur, ac traditione. Cum ergo hoc noſtrum opuſculum ſit ad ſacram doctrinam Introductio: de eiſdem in eo dicendum eſt, de quibus agitur in ſacra doctrina. Quare opus totum in tres, & decem diſtinctiones diuiditur. Quarum prima eſt de Deo, qui eſt ſummum bonum, finis vltimus; ſecunda de diuinis operibus, ſeu de natura, & gratia; tertia de Chriſto mediatore; quarta de Eccleſia militante, in qua inſtrumenta ad ſalutem habentur Sacramenta; quinta de Eccleſia triumphante, in qua bene operantibus, ſummi boni poſſeſſio traditur; ſexta de bonis operibus, quæ ſunt media ad ſalutem, non ſolum à Dei gratia, ſed à noſtra etiam voluntate pendentia; Reliquæ ſeptem de bonorum operum ſeptem generibus, Fide, Spe, Charitate, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, Temperantia. In quaque autem diſtinctione primo loco principium aliquod ponimus: ex quo deinceps reliqua omnia deducimus, quæ ad eius diſtinctionis materiam ſpectant. Principiorum, & eorum, quæ ex ipſis deducuntur enarrationem teximus modo hiſtorico, ſine quæſtionum, opinionum, dubiorum, argumentorum, reſponſionum, qua vti Scholaſtici ſolent, concer-

tatione.

tatione. Nulli tamen ſpeculationi parcimus, vel Scholaſticæ ſubtilitati, quam alicuius momenti putamus eſſe ad doctrinam percipiendam, quam noſtris diſputationibus non inſeramus; modo quidem, non Scholaſtico, ſed enarratiuo. Porro doctrinam Fidei rationibus è naturali lumine ductis probare conamur. Quamquam enim multa, quæ fide credimus, euidenter probari ratione naturali nullo modo poſſunt: poteſt tamen rationibus naturalibus euidenter ſuaderi, nullum Fidei noſtræ myſterium eſſe, quod lumine naturali repugnet; nullum, quod rationi non ſit maxime conſonum; nullum, quod maxime credibile non ſit. Vt autem omnis doctrina ſacra & ad intelligentiam facilior, & ad vſum ſit promptior: poſt hanc diſtinctionum enarrationem, eam rurſum in propoſitiones, ac ſententias diſtribuimus. Quarum quæ ratio ſit, & vtilitas, in Propoſitionum proœmio dicetur. Nunc de totius opuſculi vſu aliquid innuendum. quem multiplicem proponimus. Primum enim poſſent hoc libello vti, qui Theologiæ Scholaſticæ ſtudium aggrediuntur. Nam antequam nauigio intellectus intrent in amplum pelagus quæſtionum, argumentorum, ſpeculationum; poſſent in eo cer-

Vſus.

nere,

nere, quaſi in tabella, totius nauigationis ordinem, parteſque deſcriptas. poſſent, poſtquam enauigarunt, percurrere in eadem tabella vno obtutu, perplexitates omnes itinerum, quæ magno labore ſunt emenſi. Deinde plurimi ſunt, quibus aut nõ vacat ob multitudinem negotiorum, aut non licet ob ingenij tarditatem, aut non libet ob laboris magnitudinem, Theologiam Scholaſticam perſequi. his erit hoc opuſculum valde commodum. paucorum menſium lectione haurient ex illo ſummatim, quod in tota doctrina ſacra continetur. idque accidet illis labore non multo: præſertim ſi de locis difficilioribus, quæ forte occurrerint, ſapientiores Theologos conſulent, aut Doctorem aliquem adhibebunt, qui ipſis ordine totum Libellum explanet. Poſtremo poterit hic Libellus, prȩter alios eruditiores libros, qui abundè ſuppetunt in Chriſti Eccleſia, vſui eſſe tum concionantibus apud Catholicos, ad doctrinam Theologicam proponendam, fundamentum cæterorum, quæ concionibus attexuntur; tum diſputantibus apud Hæreticos, ad Catholica dogmata defendenda; tum differentibus apud Ethnicos de myſterijs Fidei Chriſtianæ, ad eius credibilitatem conuincendam; tum ſacris Cano-

nibus

nibus operam dantibus, ad eorum intelgentiam percipiendam; tum diuinarum litterarum studiosis, ad earum sensus inuestigandos. Precamur Deum O. M. vt ad sui gloriam, & ad Ecclesiæ sanctæ obsequium, ipse dirigat laborem hunc nostrū. cuius Ecclesiæ censuræ, ac directioni subijcimus quidquid scribimus, & quidquid sentimus.

DE DEO.

1 VLgaris, & quasi prima, quæ omnibus hominibus videtur indita à natura, a quam omnes de Deo audito Dei nomine formamus, notio, ea esse: Deũ esse quoddam ens nobilissimum, quod & reliqua omnia superet, & ab eo tanquam à primo auctore pendent reliqua; quod proinde vt supremum numen colendum est, & venerandum.

Quid nominis.

a Soarius in Metaph. d. 39. sect. 2.

2 Quod sit in rerum vniuersitate aliquod primum efficiens, quod non sit ab alio effectum, suadet rerum, quam ipsis oculis cernimus, productio: quas successione perpetua videmus vnam ab alia produci, vt hunc hominem ab alio homine, & illũ alium ab alio, ita deinceps vnumquemque esse ab alio sibi simili in natura. Videmus etiam in eiusdem rei effectione multas simul causas efficientes cõcurrere; quarum vna dependet ab alia sibi superiore; vt nõ possit suum effectum producere sine alterius superioris causæ adiumento: vt homo nõ potest hominem producere, nisi etiam cœlum, ac sol influat in eam pro-

An sit.

b Arist.l.8. Phys. et l.2. Metaphys. c.2. S.Tho. l. 1. contra gen. c.13. & 1.p. q.2.a.3. Soar. supra sect. 1.

ductionem. *b* Iam accipiamus omnes omnino causas, quarum vna est ab alia, vt homo ab homine; & omnes, quarum vna dependet in causando ab alia, vt homo à sole. vel in tota collectione causarum non das vllã, quæ non sit ab alia, quæ non dependeat in agẽdo ab alia, sed sit à se, & independens. & hoc nullo modo potest esse: quia cũ ponas omnes esse ab alia, necesse est ponas aliquam, à qua prima sint aliæ, & ipsa à nulla sit; aut omnino nulla illarum causarum erit. eodemque argumento vtaris necesse est in causis, quarũ vna dependet ab alia in agendo. Ponenda igitur est aliqua causa prima, quæ sit à se. Hanc dicimus esse Deum.

Quid sit.

c Dion. de Diu. Nom. c.5. S.Th. 1.p. q.4.a.2. d S.Th.1.p. q.7.a.1. e S.Th.1.p. q.13.a.11.

Quem esse nobilitate infinitum, *c* & om- 3
nem omnino in se perfectionem complecti, clarè colligimus tum ex eo, *d* quod ipse est primum principium omnium; ergo præexistunt in ipso perfectiones omniũ. tum ex eo, quod cum sit *e* ens à se, non apparet vlla causa, vel ratio, quæ vllo limite, vllo termino ipsius perfectionem concludat. tũ ex eo, quod est in hac rerũ vniuersitate vis intelligendi, vt experimur in nobis, quæ nunquam expletur intelligẽdo, sed semper intelligere potest perfectiora ijs, quę intellexit. ergo necesse est esse in hac rerũ vniuersitate aliquid infinitæ perfectionis, in quo hæc nobis à natura indita ad intelligendum propensio cõquiescat. est ergo aliquid intelligibile infinitum, præter hæc entia, quæ cernimus, quæq; experimur finitam perfectionem habere. eodemq; argumento ex naturali animi nostri

vi ad bonum ſemper melius appetendum, ducto intelligimus eſſe bonum aliquod infinitum, quod explere poteſt humanum appetitum. nihil enim natura fruſtra facit: non tribuit propenſionem vllam ad id, quod eſſe nõ poſſit. Propenſio ergo noſtri animi ad intelligibile infinitum, ad bonum infinitum, arguit eſſe illud intelligibile, illud bonum, nempe Deum.

4 Porro ex hac ratione Primi principij habẽtis in ſe omnem perfectionem, ſeu omnem boni rationem colligimus Deum eſſe vnum, ſimplicem, *f* immutabilem, æternum, immenſum, omni ſapientia, *g* omni potẽtia, *h* omni bonitate præditum, actum purum, viuentem vitam beatam; inuiſibilem, incomprehenſibilem, ineffabilem, producentem, conſeruantem, *i* mouentem omnia, Principium liberum creaturarum. Nam hæ rationes bonorum ita ſe habent, vt in eo, à quo abſint, neceſſarium ſit aliquam perfectionem deeſſe: Deus autem cum ſit ens à ſe, omnem perfe-

5 ctionẽ habet. eſt ergo Deus vnus. k Si enim plures eſſent Dij; ſinguli non eſſent omnino perfecti; quia ſingulis aliorum perfectio deeſſet: aut ſi non deeſſet, omnes eſſent idem Deus, ſolis perſonis diſtincti. *l* quamquam Deum eſſe vnum ipſa mundi vnitas oſtendit; & connexio, quam habent eius partes inter ſe; & conſtans rerum viciſsitudo: quæ non videntur qua ratione poſſint, niſi ab vno procreatore, & gubernatore sũmo procedere.

6 eſt *m* Deus omnino ſimplex: quia omnis cõpoſitio partes habet: pars autem vt pars non

Attributa diuina.

f *Colligit S. Thom.* 1. p. q. 9 a. 1.

g S. *Th.* 1. p. q. 25.

h *Colligit S. Th.* 1. p. q 6. a. 1.

i *Colligit S. Thom.* 1. p. q. 105. a. 3.

k *S. Th.* 1. p. q. 11 a. 3.

l *S. Th.* 1. p. q 2. a. 3. & q. 11. a. 3. et q. 103. a. 1. & 3.

m *Vid fuse in S. Thom.*

1.*p.q.*3. & est perfecta, cum ei alterius partis perfectio
q.40.*a*.1.*ad* desit: *n* in ente autem omnem perfectionem
1. & *in S.* habente, nihil potest esse non perfectum.
Aug. 6. *de* Deum esse *o* immutabilem intelligimus, sem 7
*Trinit. c.*6. per eundem secundum omnem rationem:
& 7. quia cum omnem perfectionem habeat, nul
n S. *Thom.* la ei potest noua perfectio adijci: neq; demi
sup. a. 7. §. potest; ne ea à Deo maxima perfectio absit,
quartò. vt nihil vnquam boni ab eo abesse possit.
o S.*Th*.1.*p.* Ob *p* eãdem rationem est in Deo æternitas, 8
q.9.& *q*.19. idest, esse perseuerans sine vlla mutatione
a.7. semper idem, absque principio, absque fine:
p S.*Th*.1.*p.* quæ æternitas etiam ex ratione primi prin-
q.10.*a*.2. cipij colligitur; quia Deus est ens omnino
necessarium vt semper sit, vt alia possint ali-
q S. *Thom.* quando esse. est Deus *q* immensus, quatenus 9
1.*p.q*.8. nullum esse spatium potest, cui nõ sit intimè
præsens Deus; seu quod, quantumuis magnũ
sit, extra Deum esse, locarìue queat. est enim
magna perfectio esse vbique posse: quam ha-
bere Deum necesse est, in quo est omnis per-
fectio. Idemq; argumentũ probat Deũ esse 10
r S. *Thom.* omni *r* sapientia, omni potentia, omni boni-
1.*p.q*.14. tate præditũ. non enim esset secundum om-
nem rationem perfectus, si horum aliquid ei
deesset. Bonitatem autem omnẽ dicimus esse
in Deo, non solùm quatenus habet omne,
quod ei, vt summo enti conuenit; sed etiam
quatenus habet omne, quod cuique enti con-
uenire potest; habetque ex natura sua vim,
primæ causæ propriam, communicandi, ac
tribuendi bona cuique rei conuenientia.
s S. *Thom.* Eodem argumento suademur *s* Deum esse 11
1.*p.q*.2.*a*.3. purum actum, idest nihil in se habẽtem, quod

sit

sit in potentia ad vllā perfectionem, quodue
12 vllius boni negationem includat. Quare dicendū est Deum habere quidem intellectū, & *t* voluntatem (quia cū Deus sit ens perfectissimū, necessarium est vt sit ens intellectuale; omne autē intellectuale intellectu, & volūtate prȩditū est:) *u* sed ita tamē vt vis intelligēdi, atque volendi, quā cogitamus in Deo, sit ipse actus intellectionis, atque volitionis; & hi actus sint vnum quid simplex idē cum
13 ipso Deo. *x* qui cum sint actus vitæ intellectualis, omnium vitarum nobilissimæ; eisque Deus modo omnium perfectissimo, cōtemplando, & amando seipse possideat, *y* qui est summum bonum, fons cȩterorum bonorum: *z* illis actibus Deus vitā viuit beatissimam. est enim beatitudo possessio vitalis summi
14 boni, vt in quinta distinctione dicetur. Et *a* cum Deus sit primum principium omniū rerum, necessarium est, vt in suo actu intelligendi (*b* ne vnquam vllam mutationem patiatur) includat non solum cognitionem omnium possibilium, *c* sed omnē etiam ideam, & omnem modum, quo illa fieri possunt; *d* & in suo amoris, siue volitionis actu includat omnem actum volendi possibilia. ex quo intelligitur Deum ab æterno voluisse aliqua possibilia esse in tempore, nempe hūc Mundum, nihil addidisse volitionis in Deo; sed tātum volitionem huius mundi terminatam esse ad hunc modum, seu connotasse ab æterno hunc mūdum futurum ex vi talis volitionis in tempore: quod nihil addit Deo, sed tātum ponit aliquid in creaturis; vt cum volun-

& q.3. a.1. §. secundò. & a 2.

t *S. Thom. 1.p. q. 19. a.1.*

u *S. Thom. supra q.14. a.2, 4, 5. & q 19. a.1.*

x *S. Thom. 1.p. q. 18. a. 3. & 4.*

y *S. Thom. 1.p. q.6. a. 2, & 3.*

z *S.Th. 1.p. q.26. a.1.*

a *S.Th. 1.p. q.14. a.5, 8. 9, 11, 12. & q 57. a.3.*

b *S.Th. 1.p. q.14. a.15.*

c *S.Th. 1.p. q.14. a.16. & q.15.*

d *S.Th. 1.p. q.19 a.2. 3. 5. 7.*

tas nostra facit liberè actum volendi, nihil recipit ipsa voluntas vt voluntas est, sed tantum connotat volitionem ab ipsa voluntate pendentem. quãquã exemplum non est omnino simile; quia volitio perficit voluntatem, quia voluntas nostra non est sibi sua volitio: at creaturarum existentia non perficit diuinã volitionem, quæ est purus actus, & sua sibi volitio. *e* Iam cognitio, & volitio, quibus 15
Deus intẽdens ab æterno fines, elegit media cõgruentissima, eaq; ordinauit ad fines illos, Prouidentia nominatur: *f* cuius pars quædã Prædestinatio appellatur, quatenus Deus ab æterno aliquas creaturas intellectuales elegit, easq; per media conuenientia ordinauit ad finem supernaturalem videndi intuitiuè ipsum Deum. Ex hac, quæ hactenus explicata 16
est, summa Dei perfectione intelligimus eũ esse inuisibilem, idest, *g* præter diuinum intellectum, nullum alium esse posse, qui vi sua ad intuitiuam Dei cognitionẽ venire possit. Si enim Sol iste, quem cernimus, quia lucem habet multò, licet non infinitè, superantem visiuam oculorum nostrorum vim, cerni à nobis ægrè potest: finitus intellectus, quantumuis nobilis ille sit, quia vis eius infinito perfectionis interuallo distat ab intelligibili infinito, qualis est Deus, nullo modo poterit illud intelligere intuitiuè, idest, videre vt est; neque poterit vnquam se supra suas vires erigere, non adiutus à Deo, qui se perfectissimè comprehendit, ad producendam visionem Actus purissimi, cum ipse non sit actus purus. *h* nihil .n. producere potest id, cuius

e S.Th.1.p. q.22.a.1,2.

f S.Th.1.p. q.23.a.1. Lege infra dist.6.

g S.Th.1.p. q.12.a.4.

h Ex S.Th.

per-

perfectionem nullo modo habet in se. Poterit quidem intellectus noster ad Dei cognitionē deuenire ex creaturis: sed ille cognitionis modus non excedit modũ, quo est ipse intellectus, qui est excellens quædam Dei *1.p. q. 12. a.4. & 1.2. q.5.a.5.*
17 similitudo. Sed fac intellectum iuuari à Deo ad attingēdum intuitiuè ipsum Deum: neque tũc ita videre Deum poterit, vt comprehendat. *i* Comprehensiua enim intellectio ea est, quæ tam clarè intelligit obiectum, quam clarè illud intelligibile est. Deus autem ob infinitam suam perfectionem, est infinita lux intelligibilitatis; quę à luce nulla intellectionis finitæ, qualis est quæcunque creata intellectio, æquari potest. & quamuis non sit necessarium vt imago obiecti sit æqualis obiecto quoad nobilitatem; sed satis sit esse ei æqualem quoad repræsentationem: non potest tamen dari imago vitalis, idest, visio diuini esse, quæ sit æqualis, quoad repræsentandum, ipsi diuino esse; quin sit æqualis eidem in essendo, & in nobilitate. quia diuinum esse non est aliud, quam actus purus intelligendi diuinum esse; idest, visio, & imago vitalis adæquans diuinũ esse in reprę sentando illud. *i S.Th. 1.p. q.12.a.7.*
18 Est ergo Deus incomprehensibilis. Eadem summa eius perfectio reddit illum ineffabilem. nulla enim signa neque verborũ, neque rerum accipi à nobis possunt, quibus signis propositis possimus nos ipsi, vel alios excitare ad Deum, Deive vllam perfectionem cognoscendam vt est. quia inter ea, quæ à nobis accipi vt signa possent, nullũ est, quod summam Dei perfectionem repræsentare

possit, vt ea est.

Diuini mores.

k Vide S. Th l.1.con. gent. c 93. & 1.2.q.61. a.5.

Ex eadem infinitæ perfectionis ratione 19
deducimus esse in Deo k eas perfectiones,
quas mores, seu virtutes morales appella-
mus. non quidem per modum habitus, vt in
nobis: cum omnia sint vnum quid summe sim
plex in Deo. sed vt rationes cōnaturales val-
de conuenientes intellectuali enti summè
perfecto. Est ergo Deus sanctus, idest, omnē 20
eius honesti moralis rationem habens, quod
ipsi conuenit. Honestum autem morale dici-
mus, quod congruit naturæ intellectuali, vt
intellectualis est, quodq; pendet à voluntate
vt operante cū aduertentia rationis. *l* Iustus 21
est Deus, quatenus tribuit vnicuique præ-
mia, vel pœnas pro ratione meritorum.
m Liberalis, quia promptus est ad largiendū 22
dona maxima, absque vllo suo commodo.
Magnificus, quia in omni rerum genere ma- 23
gna operatur. Verax, qui mentiri non potest. 24
Fidelis, quatenus non potest non exhibere, 25
quæ promittit. Patiens, quatenus non pertur- 26
batur iniurijs, neque statim iustitiam exercet
in vlciscendo. Longanimis, quia valde diu 27
iniurias tolerat. Mansuetus, quia non pertur- 28
batur ira, & modum adhibet in prosecutio-
ne vindictæ. Clemens, quia de merita pœna 29
remittit.

l S.Th. 1.p. q.21.a.1.

m Idē sup. a.3.

Dei causæ primæ cōcursus cum causis secundis.

Hactenus de ijs, quæ de Deo intelligimus 30
ex eo, quod infinitus est, & omnium perfe-
ctionem habens: nunc alia quæ de Deo phi-
losophari solemus, colligamus ex eo, quod
habet rationem Primi principij. Primum au- 31
tem colligimus hæc tria, *n* Omnia entia à

Deo

Deo immediatè produci, *o* ab eodē conseruari, ab eodem esse omnem eorum motum, & actionem. *p* Nam prima entia, quæ in hac rerum vniuersitate extiterunt, non potuerunt ex se existere, sed à Deo. cum ergo primum extitere, habuerunt esse dependens, & non potens existere ex se: habuerunt proinde esse quoddam diminutum, & quasi incompletum in existendo; cui necessaria erat primæ causæ coexistentia, & quasi complementum (non vere complementum, cum creaturæ non veniant in compositionem cum Deo) existentiæ diminutæ. Iam cum hæc prima entia à Deo procreata ad aliorum entium productionem prodiere; non potuerunt illis communicare existētiam maioris perfectionis, quàm quæ in ipsis producentibus esset. erat autem in ipsis existentia diminuta. ergo suis effectis diminutam quoque existentiam communicarunt, complendam à Deo. quotquot ergo entia in mundo extiterunt, eorum existentiam compleuit Deus, immediate ad

32 eorum productionem concurrendo. Eodem argumento probamus omnem creaturarum motum, & actionem esse immediate à Deo. omnis enim motus, & actio sunt entia, & effectus quidam entium: qui in existendo non possunt esse perfectiores suis causis: causarū autem existentia est diminuta, indigens Deo vt sit: ergo & earum effecta, indigent Deo vt

33 producantur. Eodem argumento probamus *q* omnem creaturam à Deo conseruari. quia rerum existentia non habet, vnde nobilior esse possit postquā fuit producta, quàm quæ fuit

n *S.Th. 1.p. q.44.a.1.*

o *S.Th. 1.p. q.8.a.1.*

p *Colligitur ex S.Thom. 1.p.q.44. a.1.*

q *S.August. 4. super Genes. ad litt.*

c.11.& l.8. c.12. fuit cum primum producta est. tunc autem necesse ei fuit depédere à Deo in existendo,

S.Tho. 1.p. q.104. a.1. & 2. vt dictum est. ergo cum perseuerat existere, eandem semper Dei necessitatem habet. *r* ex quo etiam sequitur illud secundum, 34

r S.Th.1.p. q. 105. a 5. & 1. 2. q. 109.a.1.& 2. omnem creaturarum motum, & operationẽ esse à Deo: quia omnis operatio, vt experientia docet, sequitur modum essendi, qui est in causa operante: at causa operans habet esse diminutum dependens in conseruari à Deo: ergo & eius operatio dim nutum esse habet, & dependens à Deo. Alia ratio, quod necessarium sit Deum ad cuiuslibet entis productionẽ concurrere, ea esse potest. Quia causa non potest dare effectui perfectionẽ, quam non habet. Nulla autem causa creata habet perfectiones indiuiduales suorũ effectuum. non enim habet formaliter, cum ipsa non sit idem indiuiduum, quod est effectus. neque eminenter; quia cum effectus possint esse infinities infiniti (non enim apparet vlla ratio, cur non possint esse) ipsa causa deberet habere perfectionem eminentialem infinities infinita m. omnis enim perfectio indiuidualis addit perfectiorem eminentialem continentiam in causa; *s* quia plus est continere eminentialiter tria, quam duo; & quatuor, quam tria. perfectio autem infinities infinita non

s Colligitur ex S. Tho. 1.p.q.6.a.2. videtur posse esse nisi in ente simpliciter infinito. quod solus Deus est. ergo solus Deus potest concurrere ad perfectionem indiuidualem entium: ac proinde necessarius est cõcursus Dei ad productionẽ cuiuslibet entis. Ex hac autem rerũ necessitate v. à Deo sint 35

in

in esse, in conseruari, in operari; non potest vlla necessitas in Deo colligi, vt eas procreet, conseruet, iuuet. t Habet enim Deus in se omnem perfectionem, vt supra dictum est, nulla indigens alia re. nullius autem rei esse necessarium est vt sit, præter esse primæ causæ. nō apparet ergo vlla ratio, quæ Deum cogat ad vllam rem producendam, vel conseruandam, vel mouendam. est ergo ipse Agens libere. Sed ex Dei summa perfectione colligimus; quod, quia ob suā bonitatem mundum produxit, conseruat, mouet; facit hæc maxima cū sapientia, & excellenti prouidentia. est enim primum, & summū Agens intellectuale, cui magna perfectio deesset, si is operandi modus ei deesset. t *S. Th. 1. p. q. 19. a. 3. & 10. & q. 46. a. 1.*

36

37 u Porrò ex ratione primi principij producentis, conseruantis mouentis omnia colligimus esse in Deo rationem vltimi finis. Finem autem intelligimus vltimam cuiusque rei, ac summam perfectionem. Cum enim omnis creata perfectio sit a Deo; est participatio quædam perfectionis diuinæ. perfectio ergo, idest, finis cuiusque rei est Deus, quatenus à quaque re participatur. cum autem maxima Dei participatio, sit ipsius Dei contemplatio, qua sunt capaces creaturæ intellectuales, vt est homo: ob has autem creaturas mundum condiderit Deus: inde intelligimus finem omnium esse Deum, quatenus ab entibus intellectualibus cōtemplatione possidetur, ad quam cetera entia ordinantur. *Deus finis omnium.* u *S. Th. 1. p. q. 103. a. 2.*

38 Hæc de Deo, vt vnus est essentia, & substantia: pergamus ad ea, quæ ad Deum spectant *Diuina Trinitas.*

ctant, vt est Personis trinus, vt catholica Fides docet. Personam ponimus esse substantiã indiuiduam, intellectualem, per se existentẽ, per se operantem, non alteri substantiæ compositam, non ab alia substãtia sustentatam, vt per se existat: vt sunt quilibet homines, vt Petrus, Ioannes. ex quo intelligimus distinctionem personalem, id est, intercedentẽ inter personam, & personam, esse distinctionẽ maxime realem, & inter distinctiones præcipuam. *x* Inde fit, vt naturali lumine nõ possimus assequi esse in Deo vnam simplicem substantiam tribus personis distinctam. Cum enim distinctio personalis sit maxima distinctio, non possumus intelligere qua ratione fieri possit, vt sit vna substantia in tribus personis, & vnaquæque persona sit substãtia simplicissima, cũ sit verus Deus, quẽ ob summã perfectionẽ oportet esse simplicissimũ. Sed quia certissima est doctrina fidei, Deum esse vnum substãtia, trinum personis: cum id ab ipso Deo nobis credendum proponatur, qui est summe verax: persuademus nobis, quod in ente finito esse non potest, posse id esse in ente infinitæ perfectionis; vt ob suæ perfectionis infinitatem, & vnum sit essentia, & substantia; & idem personis trinus, idest, vt in substantia, quatenus infinita est, trahat ad se, sibique identificet omnem possibilem sibi personarum distinctionem, id est, omnẽ perfectionem actualis cõmunicationis. idq; 39
ea ratione suademus: quę, posita fide, rem facit claram, & probat Mysterium Trinitatis esse euidenter credibile. Deus est ens infinitæ

x *S. Th. 1. p. q. 32. a. 1. & l. 4. con. gẽt. in procem.*

tæ perfectionis. ergo Bonitatem habet sui diffusiuam infinitam, seu communicabilitatē infinitam; id est, habet ex se, vt possit infinito modo communicari. communicari autē actu est quædam magna perfectio, nullam imperfectionem includens: *y* quam necesse est ponere in Deo, ne eius Bonitas sit semper in potentia sine hoc actu communicationis. *y S. Thom. 1. p. q. 42. a. 2.*

40 Debuit ergo Deus semper esse cum hoc actu ab æterno; ne vnquam esset imperfectus. ergo ab æterno Deus suam infinitam bonitatē communicauit, id est, suam essentiam infini-

41 tam. idem enim re sunt Bonitas, & Esse. Deus autem est actus purissimus intellectualis, vt supra dictum est. actus autem intellectuales sunt nobilissimi: quibus intelligere nō possumus nobiliores. ij sunt Intellectio, & Amor. intellectio est actus vitæ præstātissimæ: quo exprimūtur in intellectu intelligentis modo nobilissimo perfectiones obiectorum, quæ intelliguntur, eoque illę apprehenduntur, & quasi trahuntur ad intellectum, ac possidentur, & per actum illum vitalem cognitionis

42 efficiūtur vita ipsius intelligentis. Amor supponit intellectionem, & obiecta per illam apprehensa; estque adhæsio quædam, & ten-

43 dentia, & motus ad illa. Hi duo actus sunt actus vnus in Deo simplicissimus, purissimus: quo Deus & comprehendit intelligendo suam essentiam, idest, seipsum, suam bonitatē, quod est ens intelligibile infinitæ perfectionis, per quod cętera omnia intelliguntur: *z* & summe adhæret amore suæ Bonitati, & omnibus possibilibus, vt eius Bonitatis *z S. Thom. 1. p. q. 20. & q. 41. a. 2. ad 3.*

par-

participationes sunt. Non potest autẽ Deus 44
se infinitè communicare, nisi cõmunicet suã
essentiam, quæ sola habet omnem perfectio-
nem. Cùm autem primum principium om- 45
a *S.Th.1.p.* nis actionis sit essentia: *a* essentia autem Dei
q. 19. a. 4. sit actus purissimus intellectionis, & amoris:
ad 2. *b* intelligimus esse possibilem in Deo dupli-
b *S.Th.1.p.* cem modum communicandi suam essẽtiã;
q.27.a.3. alterum per intellectionem, alterum per
amorem. Communicat ergo Deus ab æter- 46
no suam bonitatem producendo actum pu-
rissimum intellectionis, qualis ipse est, per-
fectissimum, includentem omnem bonitatẽ,
quæ est in Deo: & producendo actum puris-
simum Amoris, ac perfectissimum (nomine
autem actus hoc in loco intelligimus actum
notionalem, de quo infra; nõ essentialem, qui
nõ producitur, sed communicatur) qui actus 47
producti, quatenus produci non possunt non
esse distincti à producente: & cum sint per-
fectionem omnẽ includentes, necessario sunt
substantia, & ens à se, simplicissimum non
compositum, identificans sibi perfectionem
actualis communicationis, intellectuale:
c *S.Th. 1.p.* *c* ergo habent perfectam rationẽ diuinę Per-
q.29.a.3. sonæ. Ex quibus clare colligitur esse in Deo 48
tres Personas, in quibus est vna substantia,
d *S.Th.1.p.* vna essentia. *d* Cum autem intellectio ex na- 49
q. 27. a. 3. tura sua habeat quandam prioritatem, vt ex
ad 3. & q. dictis intelligitur, respectu Amoris: Perso-
36. a.2. & na, quę per intellectionem producitur, habet
q.42.a.3. prioritatem, non quidem temporis, neq; na-
turę (quia in Deo omnia sunt ab æterno cum
nulla dependẽtia vnius ab altero, vt infra di-
cetur)

cetur) sed originis, respectu personæ, quę per amorem producitur. Cum ergo Persona per intellectionem producta sit prior origine persona per amorem producta; habeatque à persona producēte communicatam sibi omnē perfectionem, ac proinde amorem, vimq; productiuam Personæ, quę per amorem producitur: inde fit, vt necessario Persona, quę per amorē producitur, debeat à duabus Personis procedere, nempe & à Persona, quæ producit per intellectionē, & à Persona per intellectionem producta. prętcrea si Persona per amorem producta non procederet à Persona per intellectionem producta, non possent esse duę, vt iam probatū est, sed vna tātum productio, seu communicatio in Deo; qua actus purus intellectionis, & amoris à prima persona producente vni tantum personę communicaretur: quia cum diuina substantia necessario sit vna, nullaque appareat alia ratio illam distinguendi Personis, nisi ratio communicabilitatis; inter quę in diuinis non intercedit communicatio, non est distinctio, non esset ergo inter secundam, & tertiā personā distinctio, si tertia persona non procederet à secunda.

50 *e* Ex quo intelligitur non posse esse in Deo Personas plures tribus: quia non apparent in Deo alij modi communicādi adæquatè diuinam bonitatem, nisi per intellectionem, & amorem: at productiones, & communicationes, quæ in Deo sunt, omnē omninò perfectionem habent: *f* ergo productio personæ per intellectionē habet omnem perfectionem productionum, quæ per in-

e *S. Thom. 1. p. q. 27. a. 5. et q 30. a. 2.*

f *S. Th. 1. p. q. 41. a. 6.*

intellectionem fieri possunt;ne defectum vllum includat, ac proinde non sit diuina; eademq; ratione productio personæ per amorem includit omnem perfectionem productionum,quæ per amorem esse possent. non relinquitur ergo locus neque Personæ improductæ, neque duabus productis producendi alias Personas. *g* Sunt autem Personæ 51
diuinæ singulæ singulis æquales perfectione. quia Personis productis debet communicari omnis diuina bonitas, vt probat ratio adducta. Sunt ergo singulæ verus Deus,primum omnium principium,& finis, ens à se, ac independens,omnesque perfectiones habens, quas de Deo supra numerauimus. *h* ex 52
quibus intelligimus singulas personas esse in alijs duabus, quia singularum eadem substãtia est substantia aliarum: *i* & distinctionem inter ipsas non posse addere perfectionẽ vllam, quæ æquiualenter non sit in alijs ratione substantiæ, siue naturæ diuinæ, quæ æque est in singulis: & Deum esse vnum existentẽ supra omnem modum tribus modis, siue terminis,quibus eius Personæ distinguuntur: & nõ esse dependentiam inter Personas productas,& producentes;quia est eadem substantia, idem Deus ipse sibi communicans suum esse,non accipiens illud ab alio; & in singulis personis habens eandem essentiam æquiualentem perfectionibus personalibus, & illas exigentem ob suam fœcunditatis infinitudinem: k & Personas inter se distingui oppo- 53
sitione producentis,& producti; quia nõ apparet alia ratio distinctionis in ente simplicissimo,

g *S.Th. 1.p. q 42.a.1.& 4.& 6.*

h *S.Th. 1.p. q.42.a.5.*

i *S.Th. 1.p. q. 42. a. 4. ad 3.*

k *S.Th. 1.p. q.40.a.1.& 2.*

54 cissimo, vt supra dictum est: & rationes distinctionis, siue oppositionis esse veras Relationes; quia Ratio relationis est, quæ non potest nec esse, nec intelligi absque termino, ad quem ordinem dicit; ac proinde est Ratio exigēdi terminum vt sit, vt intelligatur; tales autem sunt distinctiones, & oppositiones in Deo, quæ Personas diuinas constituunt.

55 Porro in Deo *l* productio per intellectionem est vera generatio. est enim generatio, productio viuentis à viuente per principiū intrinsecum secūdum similitudinem naturæ: vt Productio hominis, quę per alium hominē fit, est viuentis à viuente per semen, quod est principium intrinsecum, ex ipsa parētis substantia decisum; tendens ratione seminis ex natura sua ad producendum hominem similem secundum naturam homini producenti. *Processionē Filii esse generationem.* *l S.Th. 1.p. q.27.a.2 & q.30. a. 2. ad 2.*

56 Iam intellectio in Deo est vitalis, & substātialis expressio naturæ diuinæ. cum ergo Deus per intellectionem communicat Personæ, quam producit, suam bonitatem, id est, essentiam, ac naturam; quasi per quoddā diuinum semen tendit ad producendum ens, quod ipsum quoque naturam diuinam exprimat. est ergo hæc productio vera generatio, ac proinde Deus, seu Persona producens est vere Pater, & Persona producta est vere Filius.

57 Hoc non accidit in productione per amorem. amor enim diuinus non est expressio, & similitudo naturæ diuinæ, sed complacentia circa illam, & adhæsio, & quasi motus ad illam. Deus ergo, id est, Pater, & Filius cū *Spirationē Spiritus sancti nō esse generationem.*

per amorem suam naturam tertiæ Personæ communicant, secundum modum producendi tertiam personam non tendunt ad producendũ eam similem in natura, sed vt sit adhęsio ad diuinam naturam, quale est principiũ,
m S.Th.1.p. q.27.a.4.& q.36.a.1.
à quo procedit, qui est Amor. *m* ob id persona per amorem producta non est Filius, sed Spiritus appellatur, nomine secundum nostrum modum intelligendi sumpto à flatu, seu vento, quem Spiritum appellamus; quod nomen recte explicat propensionem, & tendentiam, & quasi motum amoris in
obiectum amatum. Hoc idem ita rursum, 58
explicari potest. Vt quid dicatur ab alio genitum, & filius, debet ita ab illo produci, vt modus productionis tendat ad assimilandum productum producenti quoad naturam. Iam Deus est primum principium omnium. ergo habet in se omnes perfectiones. Modus autem omnium nobilissimus illas habendi est per actum vitalem intellectionis. ergo natura diuina est actus purus intellectionis omnium, includens omnem perfectionem. ergo aliæ perfectiones in Deo, licet identice singulæ includant omnem perfectionem, quia sunt idem cum Deo: formaliter tamen non omnẽ perfectionem includunt: proinde Amor vt amor non
n S.Th.1.p. q.35.a.2.
omnem perfectionem includit. *n* Cum ergo Verbo ex vi modi procedendi intellectio diuina cõmunicetur; ei proinde diuina essentia communicatur. Verbum ergo diuinum est vere Filius. At Spiritui sancto, qui per amorẽ producitur; ex vi modi procedendi non om-

nes

nes perfectiones diuinæ essentiæ, sed vna tātum, nempe tendētia, seu inclinatio ad omnem perfectionē, communicatur; ac proinde Spiritus sanctus non est Filius; licet ei identice, quia eius productio est diuina omnē perfectionē includens, ipsa diuina essentia communicetur. *o* Præterea in creaturis omnis generatio fit per cōceptum. intellectio autē, non amor, dicit rationem conceptus, quatenus posita in intellectu specie quasi semine, concipitur.

o *S.Th.* 1.*p.* *q.* 27. *a.* 2. *ad* 2.

Personarum propria.

59 Ex his colligimus esse in Deo *p* quatuor relationes, nempe Paternitatem, Filiationem, Spirationem passiuam, *q* quæ Personas constituunt; & Spirationem actiuam in Patre, & Filio, quæ supponit Personas iam cōstitutas per Paternitatem, & Filiationem.
60 *r* colligimus Personarum proprietates, quas Theologi notiones appellāt; duas in solo Patre, nempe Generationem actiuam, & Innascibilitatem, quatenus est Persona improducta; vnam in Filio, generationem passiuam; vnam in Patre, & Filio, spirationē actiuam; vnam in Spiritu sancto, Spirationem passiuā.

p *Lege S. Thom.* 1.*p.* *q.* 28.
q *S.Th.* 1.*p.* *q.* 40.*a.* 2.
r *S.Th.* 1.*p.* *q.* 32.*a.* 2.3. *&* *q.* 41.*a.* 1.

61 Et *s* quia Spiritus sanctus per amorem producitur, qui est in Patre, & in Filio, & per quem alter alteri adhæret complacentia diuina: ideo Spiritus sanctus vinculum dicitur
62 Patris, & Filij: *t* appellatur etiam Doni nomine: quia est terminus Amoris, per quem
63 Deus nobis sua dona largitur. *u* ob id etiam dona magni amoris, qualia sunt dona gratiæ, licet ab omnibus diuinis personis proce-
64 cedant, Spiritui sancto tribui solent. *x* qui

s *S.Th.* 1.*p.* *q.* 37.*a.* 1.
t *S.Th.* 1.*p.* *q.* 38.*a.* 2.
u *S.Th.* 1.*p.* *q.* 39.*a.* 8. *et* *q.* 43.*a.* 3.
x *S.Th.* 1.*p.*

q. 43. a. 1. & 3. dicitur mitti ad nos à Patre, & Filio, quate-
nus ei tribuuntur effectus gratiæ, qui in no-
bis producuntur, ipsi, inquam, personæ à Pa-
tre, & Filio procedenti. ob id etiam dicitur 65
Filius à Patre missus in mundum, quia Filius,
qui à Patre procedit, fecit in mundo nouum
effectum assumendi in suam Personam natu-
ram humanã, & moriendi pro nostra salute.
Hæc, quæ de Deo fuse, & acutè apud Scho-
lasticos disputantur; planè, & iucundè, &
summa cum certitudine in sacris Scripturis
habentur.

DI-

DE DIVINIS OPERIBVS.

Siue

De Natura, & Gratia.

1 DEVS habet bonitatem
infinitam. *a* habet a *S.Th.* 1.*p.*
ergo infinitam com- *q.*19.*a.*2.
2 municabilitatẽ. Sunt
autẽ duo modi possi-
biles, vt infinita boni-
tas communicetur:
alter infinitus, ipsi bo-
nitati necessarius ne
æterno tempore, quatenus infinita, sit carens
ea perfectione, quam affert actus communi-
cationis; qui modus exercetur in productio-
ne duarum diuinarum Personarum Filij, &
3 Spiritus sancti, *b* vt supra dictum est: alter b *Dist.*1.
finitus, & diuinæ bonitati non adæquatus, ac
proinde nullam ei necessitatem afferens vt
actu exerceatur, *c* vt supra explicatum est; c *Ibid.*
qui contingit in productione cuiuscunque
4 entis, quod non sit Deus. *d* hunc secundum d *S.Th.* 1.*p.*
modum exercuit Deus in mundi procreatio- *q.*67.*a.*2.
ne, exercetque in operibus tum naturæ, tum
5 gratiæ. Naturæ opera vocamus, quæ ipsa
natura rerum creatarum, insitaq; earum pro-
pensio exigit, vt eæ ad perfectionem perue-

perfectiones non habet in se, debet aliunde iuuari ad cognitionem formandam. Ex his 12
duobus, quod nulla creatura intellectualis potest sibi esse sua intellectio, & quod ad multa intelligẽda debet aliunde iuuari; colligimus ad modum naturalem intelligendi Deum, qui à creaturis intellectualibus hauritur ex Dei operibus, & effectis, necessariũ esse vt ipsa Dei effecta concurrant, iuuentq; intellectum ad effectorum cognitionem formandam, vt ex eà deueniatur ad cognitionẽ Dei. Ex effectis autem multa non possunt 13
agere in intellectum, qui est ens spirituale, cum sit capax intelligere Deum, qui est spiritus. ergo necessariũ est vt intellectus creatus aut immediatè à Deo recipiat omnes cognitiones, siue species, quæ sunt repręsentationes effectorum, quæ debent cognosci vt cognoscatur Deus; *n* aut iungatur, & faciat vnum cum aliquo ente materiali, in quod possint agere entia naturalia producendo species sui; quibus intellectus iuuetur ad illorum cognitionem formãdam, & inde perueniat ad cognitionem Dei. Vtrumque na- 14
turalem cognoscendi modum voluit Deus esse in creaturis intellectualibus. Duo ergo 15
creaturarum intellectualium genera produxit Deus: *o* alterum *p* totum spirituale, qui sunt Angeli; *q* quibus in ipsa eorum procreatione indidit omnes species rerum creatarum: *r* alterum è spiritu, & materia com- 16
positum, qui est Homo, qui *s* successiuè in intellectu species rerum acquireret per sensus, quibus hominis corpus est præditum.

n Dionys. de Diu. Nom. c. 7. S. Th. 1. p. q. 76. a. 5.

o S. Th. 1. p. q. 61. a. 1.

p S. Th. 1. p. q 50. a. 1 & 51. a 1.

q S. Dion. de Nom.

Scien-

17 Sciendum autem non indidisse Deum Angelis species ad cognoscendum intuitiuè cogitationes cordium: quia non potest naturaliter competere vlli creaturæ cognitio intuitiua cogitationum cordium. Entia enim intellectualia sunt ex natura sua libera, dominium liberum habentia in suos actus: in quorum libertatem nulla creatura ius habet; sed solus Deus, qui Dominus est omnium. Non haberent autem liberum dominium in suos actus respectu aliarum creaturarum, si ipsarum, vt liberæ, seu vt intellectuales sunt, actus possent intuitiuè videri ab alijs creaturis. non enim possent tales actus celare, cũ vellent. Quomodo autem Angeli suas inter se cogitationes manifestẽt, in 5. dist. dicetur.

S. Aug. l. 2. Gen. ad litt. c. 8.
S. Tho. 1. p. q. 55. a. 2. & q. 57. a. 1.
r *S. Th. 1. p. q. 75. a. 4. et q. 76. a. 1. & q. 90. & 91.*
s *S. Th. 1. p. q. 84. a. 2. 3. 4. 6.*

De Mundo.

18 Iam quia debebãt hæ duæ creaturæ Angelica, & Humana *t* ex Dei effectis ad ipsius Dei cognitionẽ naturalem deuenire; *u* condidit Deus in mundo multitudinem magnã creaturarũ: cœlum stellis ornatum, elementa, mixta imperfecta, perfecta, viuentia, sensu prædita, numero, varietate, ordine, pul-
19 chritudine, efficacitate mirabili. quæ non solum ad cognitionem, sed ad successiuam etiã productionem, & ad conseruationem homi-
20 num faciunt. Voluit enim Deus ob suam bonitatem illam suam perfectionem producendi sibi simile in natura, ijs creaturis communicare, quibus posset communicari.

t *S. Th. 1. p. q. 47. a. 1.*
u *S. Th. 1. p. à q. 65.*

De Creatione.

21 *x* Non potuit autem hæc perfectio communicari entibus omni ex parte spiritualibus, quales sunt Angeli. quia Spiritus, cum non habeat partes, quas à se diuidat, & ex ijs alia

x *S. Th. 1. p.*

niant ipſis propriam. Opera gratiæ dicimus, 6
quæ non exiguntur à naturis rerum, nulloq;
modo eis debita ſunt; ſed ex magna Dei bo-
nitate, & liberalitate fiũt, euehentis res ſupra
ſuas naturas. Iam *e* omne agens intẽdit pro- 7
ducere ſibi ſimile. *f* Decuit ergo Deum vo-
lentem producere creaturas, decernere eas
producere quã fieri poſſet ſimiles ſibi, ſuæq;
bonitatis maximè capaces. *g* Ipſe autem eſt
ens intellectuale, actus purus intelligendi,
atque volendi Bonum ſummũ, ideſt, ſeipſum.
decuit ergo eum producere creaturas intel-
lectuales, aptas ad intelligendũ, atque aman
dum ipſum Deum: quibus actibus vitam feli-
cem viuerent, & perfectiſſimo modo poſsi-
derent bonum ſummum.

e S.Th.1.p.q.4.a.3. & q.6.a.1. & q.44.a.3.
f S.Th.1.p.q.26.a.2. et q.50.a.1.
g S. Thom. ſup.in diſt.1. et 1.p.q.45.a.7.et q.93.a.7.& 8.

De creaturis intellectualibus.

Duo autem modi ſunt poſsibiles intelli- 8
gendi Deum: *h* alter naturalis, quo intelle-
ctus creatus ad Dei cognitionem ſeſe erigit
ex effectis Dei, ideſt, ex creaturis, *i* quæ ſunt
participationes diuinæ bonitatis: *k* alter ſu-
pra naturam, quo intuitiuè videtur Deus vt
eſt. Nõ ſolum cognitionem illam naturalem, 9
ſed hanc etiam intuitiuam Dei viſionem de-
creuit diuina bonitas creaturis intellectuali-
bus elargiri, vt fidei doctrina docet; & ſuadet
ea cõgruentia: Quod decebat diuinam boni-
tatem volẽtem creaturas producere, vt illas
ſibi quãtum fieri poſſet aſsimilaret. maxima
autem cum Deo ſimilitudo eſt intuitiua eius
viſio. Præterea decuit capacitatem intelle-
ctus noſtri, & deſiderium erga bonum ſem-
per maius, per ſummi boni viſionẽ expleri.
Porrò *l* nulla creatura intellectualis poteſt 10
eſſe

h S.Th.1.p.q.12.a.12. et q.56.a.3. & q.57.
i S.Th.1.p.q.65.a.2.
k S.Th.1.p.q.12.a.4.
l S.Th.1.p.

esse sibi sua intellectio; vt eius natura, seu substantia, & actus intelligendi sint idem. quia cum creatura intellectualis sit capax intelligere omne ens; deberet actu esse sibi intellectio omnis entis: deberet proinde ipsa creatura esse omne ens; quia cognitio est repræsentatio obiecti, quod cognoscitur; non videtur autem qua ratione fieri possit vt substantia sit cognitio, seu repręsentatio omnis entis, nisi ipsa sit omne ens. videmus enim creaturas, quæ sunt repręsentationes quædã Dei, non repręsentare plus perfectionis de Deo, quàm ipsæ sunt: & scimus visionem beatificam in cœlo nõ posse nisi ab ipso Deo in beatorum intellectu produci, quia est repręsentatiua ipsius Dei vt est: & species obiectorum non posse plus perfectionis repręsentare, quã quod est in obiectis, à quibus producuntur. plus autem est esse sibi speciem obiecti, quàm speciem producere. *q.54.a.1.et 2.et q.69. a.2.et q.84. a.2.et q.87. a.1.et 1.2. q.51.a.1. ad 2.*

11 Ex his rursum colligimus omnem creaturam intellectualem, saltem respectu aliquorum obiectorum, vt ea intelligat, necessarium ipsi esse aliunde iuuari ad ipsam cognitionem formandã. quia cognitio est repręsentatio obiecti cogniti; debet ergo ei tribui talis repręsentatio vel ab ipso obiecto cognito, vel ab alio, quod habeat in se illam perfectionem, quã repręsentat cognitio ex obiecto cognito. *m* Cum autem creatura intellectualis sit capax intelligere omne ens; ipsaq; sit perfectionis finitæ; non potest suæ cognitioni tribuere repręsentationem omnium entium. ergo respectu illorum entium, quorum ipsa *m S.Th.1.p. q.55.a.1.*

perfectiones non habet in se, debet aliunde iuuari ad cognitionem formandam. Ex his 12
duobus, quod nulla creatura intellectualis potest sibi esse sua intellectio, & quod ad multa intelligēda debet aliunde iuuari; colligimus ad modum naturalem intelligendi Deum, qui à creaturis intellectualibus hauritur ex Dei operibus, & effectis, necessariũ esse vt ipsa Dei effecta concurrant, iuuentq; intellectum ad effectorum cognitionem formandam, vt ex eà deueniatur ad cognitionē
Dei. Ex effectis autem multa non possunt 13
agere in intellectum, qui est ens spirituale, cum sit capax intelligere Deum, qui est spiritus. ergo necessariũ est vt intellectus creatus aut immediatè à Deo recipiat omnes cognitiones, siue species, quæ sunt repręsentationes effectorum, quæ debent cognosci vt cognoscatur Deus; *n* aut iungatur, & faciat vnum cum aliquo ente materiali, in quod posint agere entia naturalia producendo species sui; quibus intellectus iuuetur ad illorum cognitionem formādam, & inde per-
ueniat ad cognitionem Dei. Vtrumque na- 14
turalem cognoscendi modum voluit Deus
esse in creaturis intellectualibus. Duo ergo 15
creaturarum intellectualium genera produxit Deus: *o* alterum *p* totum spirituale, qui sunt Angeli;*q* quibus in ipsa eorum procreatione indidit omnes species rerum creata-
rum: *r* alterum è spiritu, & materia com- 16
positum, qui est Homo, qui *s* successiuè in intellectu species rerum acquireret per sensus, quibus hominis corpus est præditum.

Scien-

n Dionys. de Diu. Nom. c. 7. S. Th. 1. p. q. 76. a. 5.

o S. Th. 1. p. q. 61. a. 1.

p S. Th. 1. p. q. 50. a. 1 & 51. a. 1.

q S. Dion. de Diu. Nom. c. 7.

17 Sciendum autem non indidisse Deum Angelis species ad cognoscendum intuitiuè cogitationes cordium: quia non potest naturaliter competere vlli creaturæ cognitio intuitiua cogitationum cordium. Entia enim intellectualia sunt ex natura sua libera, dominium liberum habentia in suos actus: in quorum libertatem nulla creatura ius habet; sed solus Deus, qui Dominus est omnium. Non haberent autem liberum dominium in suos actus respectu aliarum creaturarum, si ipsarum, vt liberæ, seu vt intellectuales sunt, actus possent intuitiuè videri ab alijs creaturis. non enim possent tales actus celare, cũ vellent. Quomodo autem Angeli suas inter se cogitationes manifestẽt, in 5. dist. dicetur.

S. Aug. l. 2. Gen. ad litt. c. 8.

S. Tho. 1. p. q. 55. a. 2. & q. 57. a. 1.

r *S. Th. 1. p. q. 75. a. 4. et q. 76. a. 1. & q. 90. & 91.*

s *S. Th. 1. p. q. 84. a. 2. 3. 4. 6.*

De Mundo.

18 Iam quia debebãt hæ duæ creaturæ Angelica, & Humana *t* ex Dei effectis ad ipsius Dei cognitionẽ naturalem deuenire; *u* condidit Deus in mundo multitudinem magnã creaturarũ: cœlum stellis ornatum, elementa, mixta imperfecta, perfecta, viuentia, sensu prædita, numero, varietate, ordine, pul-
19 chritudine, efficacitate mirabili. quæ non solum ad cognitionem, sed ad successiuam etiã productionem, & ad conseruationem homi-
20 num faciunt. Voluit enim Deus ob suam bonitatem illam suam perfectionem producendi sibi simile in natura, ijs creaturis communicare, quibus posset communicari.

t *S. Th. 1. p. q. 47. a. 1.*

u *S. Th. 1. p. à q. 65.*

De Creatione.

21 *x* Non potuit autem hæc perfectio communicari entibus omni ex parte spiritualibus, quales sunt Angeli. quia Spiritus, cum non habeat partes, quas à se diuidat, & ex ijs

x *S. Th. 1. p.*

alia

q. 45. a. 5. alia sibi in natura similia efficiat, non potest
ad 1,2,et 3. producere alium Spiritum sibi in natura similem, nisi ex nihilo, quod est in potentia ad omne ens: omnis autem potẽtia debet habere proportionem cum suo actu; talis autem Spiritus, nempè Angelus, qui deberet Angelum producere, non habet proportionem cũ potentia tam vniuersali, quale est nihilum.

y Leg. S. Th. 1. p. q. 45. & q. 65. a. 3.

y Quare solius Dei est creare, ac res ex nihi- 22
lo educere: quia cum ipse sit omne ens, habet vim productiuam omnis entis; ac proinde nõ est necessarium, vt à subiecto, ac materia limitetur ad hoc, vel illud ens producendum, vt limitantur agentia creata. Limitantur au- 23
tem à materia, in quã primum dispositiones introducunt, quę sunt qualitates congruæ enti producendo; deinde formam educunt.

z S. Th. 1. p. q. 118. a. 1. Vide supra d. 1. n. 31. & seq.

z quãquam est etiam alia ratio, cur nullum 24
ens creatum posſit creare, seu è nihilo producere. quia in genere causę efficientis deberet supplere concursum causæ subiectantis, aut sustentantis, seu dantis esse supplẽdo defectum entis creati diminuti: at nullum ens creatum potest concursum causæ eo modo sustentãtis supplere: quia quodlibet ens creatũ habet necesſitatem sustẽtari à Deo in genere causæ efficientis; quod est conseruari, vt in 1. dist. dictum est.

De Angelis.

Ex quo intelligitur Angelos, quia nõ ha- 25
bent vim ad substantias, sibi similes producẽdas, *a* neque proinde habere vim ad educẽdam qualitatem vllam, aut formam ex vllo subiecto, præter vitales actus è sua ipsorum substãtia. Ob id creauit Deus ipse per se An- 26
gelos

a S. Th. 1. p. q 65. a. 4. & q. 91. a. 2. &

gelos omnes ſimul, *b* multitudine innume-
rabiles, *c* natura præſtantiſsimos, ſcientia
27 pleniſsimos. & quia aptiſsimi erant naturis
corporeis gubernandis; noluit eis hanc per-
fectionem deeſſe. *d* quare illis & mouendo-
rum cœlorum, & regendorum corporũ ſub-
lunarium, & *e* cuſtodiẽdorum hominum cu-
28 ram attribuit. & quia decreuerat illis vitam
beatam largiri, id eſt, diuinæ naturæ viſionẽ
29 intuitiuam, vt ſupra dictum eſt; *f* volebatq;
ad maiorem ipſorum præſtantiam ſuo ſeip-
ſos ad eam felicitatem opere prouehere;
30 *g* videbatque id eos eniti naturæ viribus non
poſſe: *h* ſupernaturalibus illos gratiæ donis
ornauit, quibus naturæ diuinæ participes ef-
fecit, & aptos ad æternam vitam promeren-
31 dam. *i* Sed quæ naturæ creatæ imbecillitas
eſt; eorum multi non parentes diuinis præ-
ceptis, in peccatum prolapſi ſunt; *k* ob id è
cęlo à Deo detruſi, & ignis æterni pœnæ ad-
dicti: ceteris, qui recte vſi ſunt gratia, naturæ
diuinæ viſio attributa.

32 Porro, quoniam Homo è corpore cõſtat,
& animo, qui ſpiritus eſt, & quatenus corpus habet compoſitũ ex partibus, poteſt ſuæ
ſubſtantiæ partem alijs communicare: *l* vo-
luit Deus homines ex hominibus gigni; pa-
33 rentibus diſponentibus corpora, ipſo *m* Deo
ſe ſolo animum in quoque corpore diſpoſi-
to procreante. Spiritualis enim ſubſtantia,
qualis eſt animus, non poteſt è ſubiecti vllius
potentia educi. quare opus eſt à Deo creari.
34 Principio ergo Deus vnum hominem crea-
uit, *n* perfectum natura, *o* perfectum etiã
gratia:

q. 105. a. 1. ad 1. & q. 110. a. 2.
b *S. Dionyſ. cæl. Hierar. c. 9. & 14. S. Tho. 1. p. q. 50. a. 3. et q. 112. a. 4.*
c *Leg. S. Th. 1. p. q. 50. et q. 51. a. 1.*
d *S. Th. 1. p. q. 110. et q. 113. a. 2. Aug. l. 83. qq. q. 79. Dam. l. 2. c. 4. Origen. in Num. hom. 13.*

De Homine.

e *S. Th. 1. p. q. 111. 112. 113. S. Hier. c. 18. Matt. 9.*
f *S. Th. 1. p. q. 23. a. 8. ad 3. & q. 62. a. 4. &*

3. p. q. 19. a. 3. & 1.2. q.5.a.7.

gratia: qua posset aptus esse & ad æternam
vitam promerendam, vt de Angelis dictum
est,& ad sensus,corpusque regendum;ne horum propensio ad obiecta sensibilia, volũtatem à recta ratione remoueret.

Peccatũ originale.

Constituit autem illum principem, & ca- 35
put totius posteritatis; iniitque cum eo pa-
ctum, vt si ad agnoscendum, vt par erat, se
Deo subiectum, præceptum leuissimum ser-
uaret,vt ex vnius generis fructu, quod indi-
cauit, non comederet, *p* omnes eius posteri
cum gratia nascerētur,æternæ beatitatis hæ-
redes: sin in illud præceptum peccaret; ipse,
& omnes posteri gratiam diuinam amitte-
rent, & Dei amicitiam, & ius ad vitā æter-
nam,& ærũnarum, ac mortis pœnā luerent.
q Nostro autem magno malo factum est, vt 36
Adam primus homo peccaret,& omnes ho-
mines sine gratiæ donis nascerentur, ac pro-
inde cum rebellione sensus à ratione, & cũ
maxima difficultate perueniendi ad Dei co-
gnitionem naturalem,rei mortis,rei amissio-
nis cæli,propensi ad peccandum.cuius origi- 37
nalis gratiæ priuatio peccatum est, quod
Theologi vocant originale, quia innascitur
cũ ipso homine in cuiusque ortu. cuius pec- 38
cati voluntas fuit in primo hominum parēte
Adamo actu peccante: quia eius voluntas vt
capitis constituta à Deo fuerat vt voluntas
posterorum.

g *S.Th.1.p. q.62.a.2. et 1.2.q.5.a.5. & 6.*
h *S.Th.1.p. q. 57. a. 5. ad 1. & q. 62. a. 3. & q 63.a.5.*
i *S.Th.1.p. q.63.*
k *S.Th.1.p. q.64.*
l *S.Th. 1 p. q.98.*
m *S.Th.1 p. q. 90. & q. 118.a 2.*
n *S.Th.1.p. q. 94 & q. 97.a.1.2.*

Christus.

Sed diuina bonitas infinitis partibus no- 39
stram malitiam superauit: nolensque totum
humanum genus perire, *r* remedium infini-
tæ misericordiæ malis omnibus adhibuit, &

o *S.Th.1.p. q.95.*

me-

medium admirabile consequendi vitã æter-
40 nam. Filius Dei, Verbũ diuinum, verus Deus
factus est verus homo, vniens suæ Personæ
diuinæ naturam creatam, id est, nostram hu-
manitatem anima cõstãtem, & corpore: atq;
ita eadem Persona Iesus Christus Dominus
noster, quæ ratione diuinæ substantiæ erat
verus Deus, erat simul ratione naturę huma-
41 næ verus homo. effecit hoc diuina Bonitas,
vt nõ solum se diuinis Personis, quod neces-
sario facit ab æterno, vt in 1. dist. dictum est;
s sed creaturis etiam, quantum fieri posset, se
totam communicaret non solum in ratione
obiecti per visionem beatam, sed etiã in ra-
tione substantiæ per vnionem personalẽ na-
turæ humanæ cũ Verbo diuino, quæ est om-
nium vnionum, quæ cogitari possunt, maxi-
42 ma. Porro diuina Bonitas, quæ effecerat pri-
mum hominem parentem cæterorum homi-
num secundum naturam; *t* constituit Iesum
Christum parentem omnium hominum se-
cundum gratiam: vt quicunque generatur
filius Dei, & hęres cæli, secundum gratiam;
eam generationem, & quæcunque eam ge-
nerationem antecedunt, & consequuntur,
ad eam spectantia, habeat à Christo Iesu, id
est, per eius merita, & per eius influxum tã-
quam capitis in membra.

p *S.Th.1.p. q.100.*

q *Lege S. Th.1.2.q 81. 82. 85. & 2.2.q.162. & 164. Vide infra dist.6. in fi.*

r *S.Th. 3.p. q.1.a.2.*

s *S.Th 3.p. q.1.a.1.*

t *S.Th. 3.p. q.4.a.6.*

De Gratia, & Meritis.

43 Iam ea, pro quibus diuina gratia indige-
mus, vt salui simus, & operemur, vt Filij Dei,
ea sunt: Primum ipsa vita æterna, Dei posses-
sio, perfectio, & finis vltimus, ad quem nos
44 Deus condidit. Deinde Bona opera, siue me-
rita, quibus voluit Deus nos comparare no-
bis

bis vitam æternam: vt ea esset nobis non solum diuinum donum; sed etiam, ad maiorem
u S.Th.1.2. q.5.a.7. & q.114.a.1. dignitatem, & consolationem nostrã, *u* præmium, ac merces: vt ea non solum ab eius liberalitate, sed etiam à libera nostra volũtate penderet: vt ad eam nõ solum ipso motore, sed nobis etiam agentibus perueniremus.
45 Ad opus autem meritoriũ vitæ æternæ, præter liberum voluntatis motum; tria requirũtur. vt qui illud opus operatur *x* sit amicus Deo: quia per vitam æternam communicat nobis Deus modo optimo summum suũ bonum: communicatio autem bonorum est effectus amicitiæ.
x S.Th.1.2. q.114.a.2. Vide infra d.9.
46 *y* vt opus quod fit, proportionem habeat cum vita æterna, vt ordinis sit supernaturalis vt illa: est enim via quædã ad illam: via autẽ participat ex ratione termini.
y S.Th.1.2. q.109.a.5. & q.114. a.2.
47 vt cuicunque opus illud agenti Deus vitam æternam promiserit: quia nemo, cui bonum opus exhibetur, tenetur exhibenti dare mercedem, nisi mercedem promiserit, idest, præfuerit voluntas acceptandi opus illud ad præmium, & præmij sponsio.
48 Si qua ex his tribus cõditionibus desit operi bono, non habet illud rationẽ veri meriti, *z* quod Theologi meritũ de condigno vocant. posset tamen habere rationem meriti latè sumpti, quod illi appellant meritum de congruo.
z Leg. S.Th. 1.2. q.114. a.3.
49 *a* Ex his intelligitur tertium, quo indigemus vt salui simus, & operemur vt filij Dei, nempe donũ aliquod, per quod reddamur amici Deo. illud est gratia inhærens animo; per quã ex iniustis efficimur iusti, ex inimicis amici Deo, per quam diuinæ naturæ participes effi-
a S.Th.1.2. q.110.

efficimur, *b* & filij Dei non natura, seu sub-
stantia; sed gratia, seu accidente, ac pulchri-
tudine quadam supernaturali, Deo gratissi-
ma.

50 *c* Sed quia Deus ob maius bonum nostrũ,
vt supra dictum est, statuit non dare adultis
hanc gratiam, *d* nisi sua se voluntate liberè
ad illam moueant, atque disponant: motus
autem, ac dispositio congruens debet esse
supernaturalis, qualis est gratia inhærens:
e actus autem supernaturales non possunt
nostris viribus effici: *f* ideo necessarium est
diuinum auxilium ad eam dispositionem
51 consequendam. *g* Dispositio autem ad Dei
gratiam, seu amicitiam est: vt quia peccando,
idest, auertendo nostram voluntatem à vo-
luntate diuina, nostræ voluntati, & creaturis
adhęsimus, atque ita inimici Dei facti sumus;
rursum nos voluntatem nostram à creaturis
52 auertamus, & conuertamus ad Deum. sepa-
ramus autem affectum à creaturis cogitatio-
ne damni æterni, cuius per illum rei facti su-
mus, ignis gehennalis, priuationis gratiæ, ac
53 iuris ad æternam felicitatem. ad Deum con-
uertimur cogitatione diuinæ misericordiæ,
quæ est infinita; & meritorum Christi, qui
pro omnibus peccatis abundantissimè satis-
fecit: ea cogitatione erigimur ad spem ve-
niæ, & excitamur ad Deum amandum, &
54 Christum Iesum. Hæc dispositio, vt nemo
nō videt, plures habet actus: nempe *h* Fidei,
qua vita æterna, Deus, Christus, Dei offensa,
æterna damna cognoscuntur: Timoris diuinę
iustitiæ, quo concutitur qui se peccatorem
agno-

b *S.Th.3.p. q.23.a.1.*

De Iustificatione.

c *S.Th.1.p. q. 23. a. 8, ad 3.*

d *S.Th.1.2. q.112. a.2. & q.113. a.3.*

e *S.Th.1.2. q.109. a. 2.*

f *S.Th.1.2. q. 109. a.6. & 7. & q. 112. a.2.3. 4.*

g *Hæc, & seq. ex Trident. sess.6. de Iustificatione.*

h *S.Th.1.2. q.113.a.4.*

agnoscit: Spei, qua erigitur fidens Deum sibi propter Christum propitium fore: Charitatis, qua Deus misericors, & Christus tãquam omnis iustitiæ fons diligitur: *i* Pœnitentiæ, qua odio habemus peccata, & ea detestamur, vt offensas Dei: Propositi de obseruanda in posterum diuina lege, & de suscipiendis medijs ad salutem à Christo institutis, nempe Sacramentis. Indigemus ergo Dei au- 55
xilio excitãte nos ad hos actus, & coadiuuãte nostrum intellectum, & voluntatem ad illos eliciendos. *k* Ad hanc autem dispositionem consequitur ex Dei promissione remissio peccati, & infusio gratiæ, & amicitiæ habitualis cum Deo, & infusio virtutũ, quas decet habere hominem iustum, Deo gratum, hæredem cæli.

i S.Th. 1.2. q. 113. a. 5.

k S.Th. 1.2. q. 112. a. 3. & q. 113. a. 1. & 2.

De diuinis auxiliis.

56 *l* Sed quia ad beatam vitam peruenire nõ possumus, nisi in diuina gratia perseueremus: perseuerare autem in diuina gratia non possumus, nisi diuina præcepta seruemus; ad seruandum autem diuina præcepta difficultatem magnam habemus, quã nobis facit sensus propensus ad actus rationi, diuinæq; legi cõtrarios, & dæmonum instigatio ad peccandum, & habitus nostri mali, & mali socij, quibus cum viuimus, & ignoratio rerum diuinarum: *m* ideò etiam existentibus in diuina amicitia necessarium est diuinum auxiliũ; *n* quod Deus exercet illustrando intellectũ in credendis, & agendis; excitando voluntatem ad recte operandum; *o* coadiuuãdo il-
lam, & mouendo ad rectam actionem. Nam 57
quamuis in intellectu sit habitus fidei, & in volun-

l S.Th. 1.2. q. 109. a. 9. & 10.

Ex August. l. de nat. & gratia c. 26. & l. de perseuer. c. 2. et l. de correct. et grat. c. 12. tom. 7.

m S.Th. 1.2. q. 109. a. 4.

voluntate sint habitus virtutum infusi cum infusa est gratia, comitantes ipsam gratiam: quia tamen intellectus noster in hac vita mouetur à phantasia, quæ non est capax cognitionis supernaturalis; & ipse intellectus, & voluntas nõ habent vires ad actus supernaturales eliciendos, neque ad omnes naturales, qui necessarij sunt ad totam legem naturalem seruandam, ob imbecillitatem illis potentijs relictam ex amissione iustitiæ originalis; ideo necessaria est Dei excitatio, &
58 cooperatio, vt supra dictum est. ex quo intelligitur nõ posse nos perseuerare in gratia sine diuino auxilio. auxilium autem diuinum omnibus datur propter Christum, vt possint omnes esse filij Dei, & hæredes cæli per
59 Christum. Est autẽ duplex genus auxiliorũ diuinorum: alterum sufficiẽtium, quibus positis operari quidem nos recte possumus, sed tamen non operamur: alterum efficaciũ, quę Deus præbet cum talibus circumstantijs, vt licet possimus, quantum est ex nostra libertate, non cooperari, infallibiliter tamen coo-
60 peramur. Porrò qui sunt in gratia, quia cum gratia habent habitus supernaturales virtutum, quæ sunt quasi potẽtiæ supernaturales: potentiæ autem sunt ad operandum. operari autem potentiæ supernaturales nõ possunt in nobis sine diuino auxilio, vt supra dictum est: ideo diuinum auxilium respectu eorum, qui sunt in gratia, habet quandam debiti rationem, quam non habet in existentibus in Dei inimicitia. *p* ideo existentes in peccato mortali, facile in alia mortalia prolabuntur; p *S.Th.*1.2. q.109. *a*.8.

nisi cito ad Dei gratiam redeant per diuinũ
auxilium, quod omnibus datur ad surgendũ
q S.Th.1.2. q.114.a.8. è peccato. *q* Deus autem rectè cum diuina 61
gratia operantibus, & in gratia perseueranti-
bus & augmentum gratiæ, ac virtutum largi-
tur, & vitam æternam promittit.

DISTINCTIO TERTIA.

DE CHRISTO.

1 DEI bonitas infinita, quia est infinitè communicabilis; ijs modis, quibus communicare se poterat, communicauit se ab æterno adæquatè duabus Personis, producendo Verbum, & Spiritum sanctum. nec alius est modus communicandi intrinsecè in ratione essentiæ totā diuinam bonitatem, idest, producendi ens, quod sit intrinsecè secundum suam essentiam Deus; vt intelligitur ex ijs, quæ in prima distinctione dicta sunt.

2 Potest autem esse alius modus communicādi totam diuinam bonitatem intrinsecè, cōmunicādo naturæ alicui creatæ Personā aliquam diuinam: nempè si Persona diuina vniat sibi naturam creatam, eamque sustētet; vt natura, seu substantia creata, habeat perfectam rationem substantię, id est, per se subsistat, non ex se, sed per Personam diuinam. *De vnione hypostatica.*

3 qui modus vnionis est omnium, qui cogitari possunt, maximus; maior, quam vnio accidentium cum substantia; maior, quam vnio materiæ cum forma. nam accidens est extra rationem substātiæ, & forma est extra ratio-

nem materiæ: at personalitas, seu subsistētia non est extra rationem substantiæ quam sustentat, & perficit in ratione substantiæ, vt dictum est. Per hanc vnionem efficitur vt sit 4
vna Persona cum duabus naturis, nēpè Persona diuina cum sua natura diuina, cum qua est vnum quid maxime simplex; & cum natura creata, quam sustentat, cum qua est quid vnum compositum, & vnitum vnione omnium maxima. Ex quo efficitur, vt eadē Persona diuina, quæ est Deus, sit simul exempli causa Angelus, vel Homo, si vniat sibi naturam angelicam, vel humanam. atque ita remanentibus integris, & incorruptis eisdem naturis, nempè diuina, & creata, verissime Deus efficitur Angelus, vel Homo; & homo,
a *S.Th.* 3.*p.* *q.*1.*a.*1. vel Angelus verè est Deus. *a* Hunc modum 5
communicandi totam bonitatem diuinam exercuit Deus vniendo naturam humanam
b *S.Th.*3.*p.* *q.*3.*a.*4. & 8. *b* Verbo diuino secundæ Sanctæ Trinitatis Personæ: vt idem Filius Dei, qui ab æterno semper fuit Deus verus, genitus à Patre ante sęcula; idem in vtero Virginis inciperet esse
c *In Ephes. syn.* 1.*can.*1. *S. Th.* 3.*p.* *q.*2.*a.*3.*et*4. in tempore verus homo; *c* vna Persona cum duabus naturis, Iesus Christus appellatus.
d Decuit autem magis Humanam, quā Angelicam naturam assumi ad vnitatem Personæ à Deo: vt se magis diuina bonitas creaturis communicaret. communicat enim se omnibus entibus tum spiritualibus, tum corporeis, cum se Homini communicat, qui è spiritu constat, & corpore. quod nō fieret in Angelo, qui solum est Spiritus. 6
d *Vid. alia apud S.Th.* 3.*p.q.*4.*a.*1.

Ex his intelligimus, ac deducimus omnia, 7

quæ

De Christi perfectionibus.

quæ de Christi vt hominis perfectione siue in Scripturis diuinis habentur, siue à Scholasticis disputãtur. Cum enim Christus, qui est verus Homo, sit idem Persona, quæ est verus Deus: intelligimus in eo instanti, quo Christi humanitas vnita est Verbo, per quam Verbum factum est verus homo, communicatã ei humanitati esse tantã perfectionem, quantam par est habere Humanitatem Dei, seu quãtum par est habere ipsum Deum, si esset capax ad recipiendum perfectionem. est autem iam capax ad recipiendum, quatenus

8 homo, quia factus est homo. *e* Ergo habuit Christi Humanitas in eo instanti tãtam gratiam, tot virtutum infusarum ornamenta, *f* tantam scientiæ abundantiam, *g* tam clarã visionem diuinæ essentiæ, *h* tantam ad operandum potentiam: quantam par est habere Hominem Deum.

De gratia capitis.

9 *i* Habuit illam Capitis dignitatem, illud in res omnes dominium; quod decet habere Hominem Deum. *k* Constitutus est ergo à Deo Christus Caput, ac Princeps & Angelo-

10 rum, & Hominum. & quia capitis est totius corporis membra nõ solum regere cognitione, sed etiam ad suam quoque actionem influxu mouere: ideo decuit tũ ex parte diuinæ bonitatis, quę est summe communicatiua; tũ ex parte Christi, quatenus est Homo, qui simul est Deus; *l* vt, quia Christus est ens maximè supernaturale, & summa Dei gratia, idem Christus haberet omnem possibilẽ influxum capitis in creaturas intellectuales quoad omnes perfectiones supernaturales,

e *Leg. S. Th. 3. p. q. 7. & q. 34. a. 1.*
f *S. Th. 3. p. q. 9. 10. 11. 12. & q. 34. a. 2.*
g *S. Th 3. p. q. 34. a. 4.*
h *S. Th. 3. p. q. 13.*
i *S. Th. 3. p. q. 4. a. 5.*
k *S. Th. 3. p. q. 8.*
l *S. Th. 3. p. q. 19. a. 4.*

quas Deus decreuit creaturis intellectuali-
bus elargiri, id est, quoad gratiam, & vitam
æternam.

De Christi merito, & satisfactione.

m S.Th.3.p. q.34.a.3. & q.48.a.1. et q.64.a.3.
n S.Th.3.p. q.13.a.2. & q.48.a.6. & q.64.a.3.
o S.Th.3.p. q.19.a.3. et 4.
p S.Th.3.p. q.1.a.2. ad 2. & q.22. a.3. et q.48. a.2. et q.49.

Decuit ergo Christum cõstitui à Deo cau- 11
sam *m* tum moralem meritoriam, *n* tum etiã
physicam omnium effectorum supernatura-
lium producendorum à Verbo: vt ea Verbũ
per Humanitatem produceret, vt per instru-
mentum coniunctum, quod est quid sui, ad
suam Personam spectãs. Ergo *o* meruit Chri- 12
stus & Angelis, & hominibus gratiã, & glo-
riam, & omnia dona ad gratiam, & gloriam
spectantia: *p* meruit hominibus remissionẽ
omnium peccatorum, & ea, quæ ad illam di-
sponunt: cumulatè pro qualibet offensa Deo
ab hominibus illata, & pro qualibet pœna
cuicunque hominum peccato debita satisfe-
cit, vt omne impedimentum tolleret ad vitã
æternam. vt sicut ab vno homine cęteri ho- 13
mines propagantur secundum naturam, &
per eam propagationem peccatum deriua-
tur: ita per Christum omnes generarẽtur se-
cundũ gratiã quotquot futuri essent filij Dei,
& hæredes cæli. Influxum autem causæ meri- 14
toriæ habuit Christus in mente Dei (potuit
enim habere) etiam ante quam esset, id est,
antequam Verbum fieret homo: quia præui-
dens Deus futura Christi merita, ob ea me-
rita largitus est creaturis intellectualibus
dona supernaturalia, quotquot ea à mundi
exordio receperunt. sed physicæ causæ influ- 15
xum non potuit habere antequam actu esset
eius Humanitas. quod enim actu non est, non
potest quidquam efficere: potest tamen mo-

uere

uere agentem ad aliquid efficiendum, si eius
16 agentis intellectui proponatur. Porro vt aliqua actio habeat rationem meriti exigentis ex iustitia mercedem, præter alia, quæ requiruntur, ea sunt: vt actio ex voluntate libera proficiscatur; vt ea volũtas sit distincta à voluntate dantis mercedem, habeatque ius, & dominium in suas actiones distinctũ aliquo modo à dominio dantis mercedem; vt actio habeat condignum valorem respectu mercedis, & pręmij; vt intercesserit pactum, & promissio mercedis.

17 Iam si q Christi voluntatem humanã spectemus vt regulatã à scientia beata, qua clarè videbat Deum; ea volũtas non erat libera respectu actionum sibi à Deo præceptarum, vt posset eas agere, & non agere: quia ex visione clara diuinæ bonitatis, quæ habet omnem rationẽ amabilitatis, necessitabatur ad agendum solũ ea, quæ diuinæ bonitati essent placita, vt necessitantur omnes beati. erant autem Christo præceptæ actiones ad merendum, & satisfaciendum pro nobis: quia cum ex decreto Dei à Christo, vt à capite penderet omne bonum nostrum æternum; tenebatur Christus ex præcepto charitatis ad me-
18 rendum, & satisfaciendum pro nobis. Quid ergo in Christo actum est, vt eius voluntas esset libera circa actiones meriti, & satisfactionis? r Ex Dei dispensatione factum est, & peculiari concursu; vt Christus in hac vita mortali, etiam si ab instanti cõceptionis esset beatus videndo clarè Deum, non haberet solum eum modum agendi, qui omnibus beatis

De libertate Christi.

q S. Th. 3. p. q. 18. a. 4. et q. 34. a. 2.

r *Soarius 3. p. q. 18. d. 37. sect. 4.*
Colligitur ex S. Tho.

3. p. q. 46. a. 8. ad 1. cõnaturalis est, quo voluntas ex bonitate diuina clare visa necessitatur ad actus illi bonitati placitos; sed simul haberet aliũ agendi modum, quem habent viatores, qui nondum Deum vident: vt eius voluntas postea ita se haberet circa actus præceptos, ac si eius intellectus nõ videret clarè Deum. hoc autem 19
fiebat in Christo per scientiam, quam Theologi vocant infusam, qua cognoscitur diuina bonitas, & aliæ res nõ in Deo clarè viso, sed per species creatas in intellectu impressas; & per Dei peculiarem concursum, quo efficiebat, vt præter aliorum beatorum morem, Christi voluntas eliceret actus suos, non solum vt regulata per scientiam beatam, sed etiam per infusam, quæ nullam ponit voluntati necessitatem, cum ei non proponat diuinam bonitatem vt est secundum omnem rationem boni, sed modo quodam obscuro, si cum modo scientiæ beatæ comparetur, & limitato. Ex quo duplici agendi modo efficie- 20
batur, vt Christus vt homo esset simul & cõprehensor, & viator; ageret & necessario, & liberè.

De impeccabilitate Christi.

Quamquam autem humana Christi volũ- 21
tas erat libera, vt dictum est, & quantũ erat ex natura sua, præcisa, & non cõsiderata humanitatis vnione cum verbo, poterat agere, & non agere actus præceptos; quod satis est ad rationem veræ libertatis, & meriti: tamen etiam posita hac libertate, *s* non poterat agere contra diuinum præceptum, & peccare; non quidem ratione sui, sed ratione vnionis, quam habebat cum Verbo: quod cum sit

s S.Th. 3. p. q. 15. a. 1.

sit Deus, habet ex natura sua vt deficere, ac peccare non possit: peccare autem humanitatem vnitam verbo vnitate Personæ, esset peccare Personam verbi. quare ad diuinum verbum spectabat ita regere humanã Christi voluntatem, ac si suam regeret voluntatẽ. itaque fiebat, vt humana in Christo volũtas, licet esset libera, nullo tamen modo posset peccare: idque non ab extrinseco; ex Dei regimine prouidentis alijs personis, vt contingit in electis; sed ab intrinsecò ex Dei regimine prouidentis propriæ personæ, nempe sibi homini facto. Ex dictis satis apparet humanas Christi actiones habuisse primam cõditionem ad meritum, nempe libertatem.

22 Habuerunt autem secundam conditionem, vt penderent à voluntate distincta à voluntate dantis mercedem. est enim voluntas Christi vt hominis, ac merentis, re ipsa distincta à voluntate Dei promittentis, & largientis mercedem & quamuis humanæ Christi voluntatis dominiũ in suas actiones non sit extra dominium Dei in res omnes; vt proinde quidquid actiones illæ sunt, Dei sint: *t* quia tamen quatenus à libera Christi voluntate pendent, vt sic non sunt à Dei volũtate, sed à voluntate humana Christi; fit vt ob hanc liberam connotationem, habeat Christi voluntas humana peculiare quoddam dominium in eas actiones quod licet sit sub dominio Dei; comparatum tamen ad illud, habet se vt pars respectu totius: pars autem distinguitur à toto: ergo dominium volũtatis humanæ Christi distinguitur

De iustitia meritorum Christi.

t S.Th. 3.p. q.48.a.5.

à do-

à dominio Dei vt pars quædam à suo toto; ac proinde est fundamentum meriti, & ratio quædam ad exigendum mercedem pro actionibus, quæ sint dignæ mercede.

De valore operũ Christi.

Quælibet autem Christi actiones humanæ sunt qualibet mercede dignissimæ. habent enim valorem omni ex parte infinitum. valor enim actionis, secundum omnium hominum æstimationem, oritur non solum ex entitate ipsius actionis, sed multò magis ex dignitate personæ, à qua actio procedit. cum enim actio pendeat ab agente, habet dependentię connexionem cum illo, facitque quid vnum cum agente vnitate dependentiæ; ac proinde ratio actionis, vt actio est, cõplectitur rationem agentis: dignitas ergo agentis ingreditur dignitatem actionis, refunditque valorem in actionem. Actiones autem humanæ Christi pendebant à Persona diuina Verbi, vt à terminante, & sustentante humanitatem ad subsistendum, & ad operãdum. dignitas ergo Verbi, quę est dignitas infinita, tribuebat actionibus Christi valorẽ infinitum. Accedente autem Dei promissione ac- 24
ceptantis illas ad mercedẽ, & ad satisfactionem, habebant eæ verissimam rationem meriti, & satisfactionis. accessisse autẽ Dei promissionem docent scripturæ sanctæ.

23

De Christi Passione.

u S.Th.3.p. q.1.a.4.

u Quia verò actiones illæ offerebantur à 25
Christo, & acceptabantur à Deo ad satisfaciendum pro peccatis nostris: peccatis autem debetur pœna: *x* ideo decuit multas ex illis esse pœnales, seu dolorem, ac tristitiam Christo afferentes: *y* ac proinde decuit Christum

stum in humanitate nō solum esse viatorem, sed etiā passibilem. *x* quamuis ergo corpori vnito Personæ diuinæ, & animæ beatæ, deberetur immortalitas, & aliæ beatorum corporum dotes; & quamuis ob eandem rationem animæ Christi nō esset conueniens vlla tristitia: decuit tamen ad satisfaciendum pro nobis & corpus Christi esse mortale, & animam etiam pati, ex peculiari Dei dispensatione, præter aliorum beatorum morem.

x S.Th. 3.p. q. 1.a.4. ad 2. & q. 46. a.3. & 6.

y S.Th. 3.p. q. 14.a.1.

z S.Th.3.p. q.14.a.1.ad 2.& a.3.& q. 15. a. 5. ad 3. et a.6. & 10.

De Christi conceptione, vita, miraculis, doctrina.

26 Nunc ipsas Christi actiones percurramus, & quædam ad illas spectantia perpēdamus. Principio *a* Spiritus sancti opera conceptus est Christus in vtero Virginis. *b* Decuit enim Verbum diuinum ad humanum genus nobilitandū materiam carnis ex Adami propagine accipere: *c* sed non decuit per semen virile cōcipi; ne ad eius conceptionem concurreret Adam actiuè, haberetq; eū conceptio Christi modum, qui est originalis peccati propagatiuus. Decuit Filium Dei, qui homo efficiebatur, opificem corporis habere Deum, &

27 *d* Matrem habere virginem. quam proinde Matrē Dei decuit semper omni peccati macula liberam esse, *e* omnibus gratiæ, ac vir-

28 tutis ornamentis, decoratam. Deinde, quia Christus capitis rationem habebat; *f* se in omnibus actionibus virtutum præclarum exemplar exhibuit, humilem, obedientem, mitem, patiētem, misericordem, religiosum,

29 iustum, prudentem. *g* Et quia diuinis signis probare nobis debebat, ad fidem inserēdam, esse se Messiam Patribus promissum, & verū Deum; ideo miracula edidit magnitudine admira-

a S.Th.3.p. q.32.& 33.

b S.Th 3.p. q.31.

c S.Th. 3.p. q. 15. a. 1. ad 2.

d S.Th.3.p. q.28.

e S.Th. 3.p. q.27.a.5.& 6.

f Leg.S.Th. 3.p. qq. 39.

40. 41. 42. 43.

mirabilia, multitudine innumera. Et quia ad 30
rationem capitis pertinebat suis mẽbris viã
ad salutem ostendere: *h* hoc etiam Christus
docendo, ac predicando præstitit.

g S.Th. 3.p. q.43. & 44.
h S.Th.3.p. q.42.

Et quia & nostrum, & omnium creatura- 31
rum caput erat, ad ipsum spectabat debitum
Deo cultum pro omnibus exhibere, exhibuit
ergo multis actibus, sed in primis sacrificio,
quod est summus cultus ex externis, qui Deo
possunt exhiberi: se ipsum in sacrificium ob-
tulit in ara crucis, ad reuerendum Deum, ad
gratias agẽdum, ad eum pro peccatis totius
mundi propitiandũ. erat enim Christus qua- 32
tenus homo & Rex, & *i* Sacerdos summus:
quia habebat humanitatem vnitam persona-
liter Verbo; ex qua vnione existebat ratio
Capitis, ac proinde & Regis, idest, dominiũ
habentis in cęteros homines; & Sacerdotis,
hoc est, Personæ cultum Deo summum offe-
rentis pro cęteris hominibus. *k* Fuit autem 33
mors eius in Cruce verum sacrificium: quia
fuit vera oblatio facta Deo cũ vera rei obla-
tæ transmutatione, nempe cum Christi mor-
te; vt contingit in omnibus veris sacrificijs.

De Christi Sacerdotio.

i S.Th. 3.p. q.22. & 26.

k S.Th. 3.p. q. 22. & q. 47. a. 4. ad 3. & q. 48. a.3.

Sed quia non decebat corpus vnitũ per- 34
sonaliter Verbo Diuino iacere diutius in se-
pulcro, *l* & corruptionem experiri: *m* ideo
decuit Christum tertia die resurgere. quod
etiam facere oportuit ad nostram fidem cõ-
firmãdam circa veritatẽ prædictionis Chri-
sti, & sacrarum Scripturarum, quę ipsum ter-
tia die resurrecturum multò ante propheta-
runt; & circa immortalitatem animarum; &
circa mysterium resurrectionis vniuersalis
extre-

De Christi Resurrectione.

l S.Th. 3.p. q.51.a.3.

m S.Thom. 3. p. q. 53. 54.55.

extremo die futuræ.

35 *n* Quia vero Christo vt homini secundũ animam, & secundum corpus beato, nec iam amplius viatori; eidemque vt homini Deo, supremus in mundo locus debetur, & regio beatorum: ideo decuit Christum post suam resurrectionẽ, post confirmatos in fide Apostolos, & satis instructos ad ecclesiam regẽdam, è terris discedere, & ascendere super omnes cœlos; inde dona Spiritus sancti, & quemcunque influxum ad nostram salutem necessarium transmittere, vt caput in mẽbra.

De Christi in cœlos ascensu.

n S.Th.3.p. q 57. & 58.

36 *o* Et quia caput est omnium hominum: decet ipsum quoque esse iudicem, ac largitorẽ tum pœnarum, tum præmiorum. veniet ergo vltimo mundi die ad iudicandum viuos, & mortuos.

o S Th.3.p. q.59.

DISTINCTIO QVARTA.

DE ECCLESIA MILITANTE.

Quid ſit.

IN tertia diſtinctione, 1
dictum eſt Chriſtũ eſſe
Caput creaturarum:&
in Scripturis ſanctis Ec
cleſia modo Chriſti
a corpus, modo eiuſdẽ
b ſpõſa nominatur. Ex 2
his colligimus quid ſit
Eccleſia, quæ eius proprietates, quæ mẽbra,
quæ membrorum munera. Vt enim illa ſunt
vera animalis membra, in quę caput anima-
lis influit motum ad vitam neceſſariũ: *c* ita
ea ſunt mẽbra Chriſti, ideſt, Eccleſia; ad quæ
Chriſtus influit vitam æternam, aut motum
alium ad vitam æternam ſpectãtem, & cum
ipſo capite Chriſto vnientem. Prima autem 3
vnio cum Chriſto fit per fidem, ſine qua im-
poſſibile eſt placere Deo: ad quam vnionem
conſequitur vnio perfectiſſima viſionis cla-
ræ, & ipſa vita beata in cælo. ergo ad corpus
Chriſti ſpectant, ideſt, ad Eccleſiam, omnes,
quotquot veram Chriſti fidem habẽt, ſuntq;
in via ad vitam beatam; & omnes, quotquot
Dei viſione fruuntur: nempe tum viatores,
tum cõprehenſores. Quare duplex eſt Eccle-
ſia; altera in terra viſibilis, & militans; altera,
quæ non cernitur à mortalibus, Triumphãs

in

a *Vid. Eph.* 1.23. *Coloſ.* 1.18, 24.
b *Leg. Eph.* 5. *à n.* 22.
c S. *Th.* 3. *p.* q. 8. *a.* 3.

4 in cœlo. d In hac distinctione de Ecclesia militante agimus: quæ est hominum congregatio veram Christi Fidem profitentium. extra quam congregationem non potest esse salus: quia sine Fide nemo potest saluus esse. d S.Th.3.p. q.52.a.7.
5 Quãquam autem sola Fides sit satis vt vera Christi membra dicamur: non est tamen satis sine gratia iustificante, vt viua Christi membra simus, & vere appellemur filij Dei, & hæredes cæli.
6 Rursus ex his intelligimus Ecclesiæ proprietates. Primum enim veræ Christi Ecclesiæ propriũ est, Esse vnam. Quotquot enim in Ecclesia sunt, vnam fidem profitentur, ijsdem vtuntur instrumentis ad gratiam recipiendam: sub vno sunt Capite; neque ad Christi corpus possent attinere, si sub alio
De Ecclesiæ notis, seu proprietatibus.
7 Capite essent. Deinde proprium est Ecclesiæ Christi esse Sanctam: quia corpus est Capitis Sancti; quia solũ in Ecclesia infunditur gratia, quę reddit animũ sanctum, Deo gratum; quia in ea sola sunt doctrina, & mores san-
8 cti. Proprium etiam Ecclesiæ, Catholicã esse, omne genus hominum ad fidem recipientẽ: quia Christus caput est omnium, & vult omnes homines saluos fieri, & mortuus pro om-
9 nibus est. Postrema Ecclesiæ proprietas est, esse Apostolicam, Apostolorum doctrinam sequentem, apostolicas traditiones amplectentem. nam cum principio Christus fidem Apostolos docuerit; volueritque, vt paulò post dicetur, per homines ad alios homines fidem deriuari: non potest esse vera Christi fides, vbi non est fides ab Apostolis accepta;
Iam

De Ecclesia Hierarchia, & statibus.

e S.Th. 1.p. q.103.a.6. & in Add. q.34.a.1.

Iam decuit Christum Caput Ecclesiæ virtutem influendi, quam habebat, suis, quãtum par erat, membris communicare. *e* tum quia hoc decet diuinam bonitatem, quæ est sui cõmunicatiua. tum quia decet diuinam sapientiam, & prouidentiam: quæ, cum hominum naturam per gratiam non destruat, sed perficiat; par est dona gratiæ ita communicare, vt in ea communicatione, naturæ modum, proportionem, ac similitudinem, quantum fieri potest, imitetur, ac sequatur. naturam.n. Deus condidit ob dona gratię. In natura autẽ membra ipsa corporis habent vim producẽdi ex alimento substantiam sibi similem: & parentes concurrunt ad animæ infusionem, quæ fit à solo Deo, introducendo dispositiones in corpus suæ prolis: & Adã primus homo tribuit suis filijs vim generandi filios: & Adæ ad generandum iuncta est Eua in sociã, quam Deus ex Adami costa formauit. Ergo decuit, vt membra Christi, quæ sunt Ecclesia, haberent vim aggregandi sibi, per vnionem fidei, & gratiæ, alia membra sibi similia: & vt concurrerent aliquo modo, quasi parentes, ad noui hominis generationem per gratiam, quæ à Deo infunditur: & vt haberẽt, vt Christus ipse caput nostrum, vim ad producendũ filios Dei: & vt se haberent vt sponsa Christi; per quam Christus sibi deinceps produceret nouam prolem secundum Deum. Porro semen est verbum Dei: instrumenta disponentia sunt idem verbum Dei, & Missæ sacrificium, & oratio: instrumenta gratiam attingentia sunt Sacramenta. Hæc autem omnia,

10 (beside line 1), 11 (beside "fieri potest"), 12 (beside "quam Deus ex Adami"), 13 (beside "nouam prolem"), 14 (beside "gentia sunt Sacramenta")

quam-

quamuis sint in Ecclesia, & ab Ecclesia ministrentur: efficacitatē tamen habent à Chri-
15 sto. ergo Christus Spōsi, Ecclesia Sponsæ ra-
16 tionem habet respectu Christi. Ex his intelligimus varietatem membrorū corporis Ecclesiæ, & eorum munera. In sponsa non omnia membra vim habent ad generandum, & alendum prolem: ad generandum est vterus, ad alendum vbera. ergo in Ecclesia est Hierarchia, idest, Sacer ordo; & Populus. neque enim decet, neque possunt omnes esse ministri diuini verbi, sacrificij, Sacramentorum: quæ requirunt homines doctrina instructos, virtutibus ornatos; Deo, & eius cultui dica-
17 tos. Quoniam autem Ecclesia catholica est, omnia hominum genera complectēs: Ecclesiæ populus ex vtroque statu constat, tū sæcularium, tum Religiosorum; seu hominum tum sæcularibus curis addictorum cum obseruatione diuinorum præceptorum; tum Christi consilia profitentium, præter præcepta, & se temporalibus abdicantium, eique statui votis, & promissione Deo facta immobiliter adhærentium. Sæculares autē alij Virgines, alij coniugati, alij matrimonio soluti, seu vidui. *f* Ordo porro ecclesiasticus
18 suos habet gradus, & partes. alij.n. sunt Sacerdotes, alij Sacerdotum ministri. Ministrorū alij Ostiarij, alij Lectores, alij Exercistæ, alij Acolythi, alij Subdiaconi, alij Diaconi; pro varietate munerū, quæ à Ministris exhiberi debent ad sacrificium peragendum.
19 *g* Inter Sacerdotes autem aliqui sunt Pastores, & aliorum Sacerdotum capita, & Prin-

f S. Th. in Add. q. 37. a. 1. & 2.

g S. Th. in Add. q. 38.

a.1.& q.40. a.4.& 5. cipes, nempe Episcopi.

De Summo Pontifice.

h S. Th. in Add. q. 40. a.6.

b Episcoporum autem, ac totius Ecclesiæ Caput est Romanus Episcopus Petri successor, Christi Vicarius in terris. Cum enim in homine, qui è spiritu cõstat, & corpore, animi operationes pendeant suo quæque modo à sensibus: decuit cognitionem fidei, & gratiæ dona, quæ Deus operatur in animo; habere aliquam dependentiam à sensibus secũdum nostræ naturæ modũ. ergo, quia Christus Doctor, & Sacerdos, & Caput nostrum, iam non degit visibilis in terris: decuit relinquere nobis fidei, sacrificij, gratiæ Ministros visibiles, & horum, ac totius Ecclesiæ caput 20

i S.Th.2.2. q.1.a.10.

visibile. *i* Credimus autem Romanum Episcopum Petri successorem, esse verum caput Ecclesiæ, & Ministros, qui cũ Romano Pontifice consentiunt, eique parent, esse vere Christi ministros: quia hoc docet tum sacra Scriptura, tum traditio Apostolica, & totius 21
Ecclesiæ sensus. Sacra autem Scriptura, & 22
Ecclesiæ traditio, ac sensus, est verbum Dei. credimus ergo, quia hoc docet Deus; qui nec fallere potest, nec falli. Quamuis autem eui- 23
dentiam non habeamus, quod illa sint verbũ Dei: habemus tamen euidentiam, quod credibile sit illa esse verbum Dei. Illud enim est euidenter credibile, quod omnia, quæ à nobis excogitari possunt, signa habet vt debeat credi; & nullum omnino signum, aut rationem, vt non debeat credi. ea signa habet nostra fides, & doctrina Ecclesiæ, quæ paruit, & paret Romano Pontifici, vt in septima distinctione dicetur. Posito autem quod Christus 24
resur-

resurgẽs ex mortuis noluit nobiscum in terris visibiliter degere; & posito quod statuit nobis ad salutem media, & ministros visibiles: necessariũ fuit relinqui à Christo in terris caput Ecclesiæ visibile. Si enim hoc Caput non esset, à quo tota regatur Ecclesia: difficile admodum esset vnitatẽ fidei in Ecclesia retinere; & difficile dignoscere veram fidem, & veram Ecclesiam: facile autẽ dignoscitur vera fides, & vera Ecclesia ex eo, quod illa sunt vera membra corporis, quæ connexionem habent cum capite; proinde illa sunt vera Ecclesiæ membra, quæ Christianum fidei nexum habent cum visibili Ecclesiæ capite Christi Vicario Pontifice Romano. Nunc Ecclesiasticæ Hierarchiæ munera videamus.

25 Primum munus est, Ministrare verbũ Dei ad fidei, ac proinde ad Ecclesiæ propagationem, & cõseruationem. Cum autem fides sit medium necessarium ad salutẽ: posito quod Deus vult omnes homines saluos fieri, & vti medijs visibilibus ad salutem, vt supra dictũ est: necessarium fuit in prædicando, & in declarando verbum Dei tradi ab ipso Deo Ec- *De verbo Dei.*
26 clesiæ auctoritatem infallibilem. Triplex est autem modus, k quo homines hominibus doctrinam cõmunicare possunt, nempe scripto, voce, facto. omnis hic communicandi fidem modus est in Ecclesia. est enim Scriptura sacra: est traditio, quæ voce constat, & facto, seu exemplo. nam multa fide credimus, quæ non sunt in sacris Scripturis; sed à maioribus nostris narrantibus, aut actione exer-

k *S.Th.* 1.*p.* *q.* 117.*a.*1.

centibus accepimus, & maiores noſtri à ſuis maioribus, & hi à ſuis perpetua traditione vſque ad primos Eccleſiæ parentes ab ipſo Chriſto doctos Apoſtolos. Ad vtrumque Dei verbum & prædicandum, & explicandũ Eccleſiaſticæ Hierarchiæ munus eſt, & auctoritas infallibilis.

De eccleſiaſtica Oratione, et Horis canonicis.

Aliud munus eſt oratio: quæ preces com- 27
plectitur, & laudes Dei. Quod munus ad Eccleſiaſticam Hierarchiam attinere colligitur ex muneribus alijs. Nam ad fidem in hominum animis, & doctrinam veram virtutum inſerendam, & perſuadendam; quæ ſunt dona Dei; opus eſt precibus. Sacrificium, quod ad diuina beneficia impetrãda, & ad gratias agendas Deo offertur; par eſt orationibus, Deique laudibus aſſociare. Sacramentorum adminiſtratio, vt effectum gratiæ, diuinorũque auxiliorum ſortiatur, precibus eſt impetrandum. Cum ergo hæc tria per Eccleſiaſticam Hierarchiam exerceãtur; debet ab ea-
dem, & oratio exerceri. Cum autẽ ipſa Ec- 28
cleſia ſit fidei, ac proinde morum magiſtra: debuit Eccleſiaſtica oratio, & eius modus ab ipſa Eccleſia inſtitui, & præſcribi. cumque totus etiã populus Chriſtianus debeat orare ad Deum laudandum, & ad impetrandũ ea, quæ paulò ante dicta ſunt: debuit oratio eſſe publica, & cum cantu in locis diuino cultui dicatis; ad populum erudiendum, & ad eius affectum permouendum. eam orationẽ Horas canonicas, & officia diuina vocamus: quæ precibus conſtat, & laudibus diuinis ab ipſo Spiritu ſancto ſacrarum Scripturarum

ſcri-

ſcriptoribus,& Eccleſiæ Patribus inſpiratis.

29 Tertium Sacri ordinis munus eſt ſacrificiũ offerre. Nullum autem ſacrificium Deo cõgruentius, quam ſacrificium corporis, & ſanguinis Filij Dei; quod offertur in Miſſa. *l* Nam cum in eo ſacrificio ex vi verborum ſeparatim offeratur corpus Chriſti, ſeparatim ſanguis: fit per illud repręſentatio, & memoria ſacrificij cruenti, ab ipſo Chriſto in cruce peracti: quo ſatisfactum eſt pro peccatis totius mundi, & ſufficiens pretium ſo-
30 lutum pro quocunque dono. Cumq; corpus Chriſti,& ſanguis, quæ offeruntur in Miſſa, ſint hypoſtaticè vnita Perſonæ Filij Dei; & ſingula totum Chriſtum contineant, qui eſt non ſolum homo, ſed etiam verus Deus: fit
31 vt in Miſſæ ſacrificio verè Deus offeratur. & cum hoc ſacrificium ſit à Chriſto inſtitutum, & per eius merita ſit nobis datum, & per eiuſdem vt Capitis influxum Sacerdotibus inſtrumentaliter cooperantibus peragatur: fit vt huius ſacrificij principalis offerens ſit
32 ipſe Chriſtus Filius Dei. Cum ergo Chriſtus Deus offeratur, & Chriſtus Deus ſit offerens Patri Deo: *m* non poteſt vllũ aliud ſacrificiũ eſſe magis congruens Deo. quod ratione rei oblatæ, & principalis offerentis, exhibet infinitam reuerentiam, infinitam complacen-
33 tiam, infinitam gloriam Deo. Quod cum tale ſit, non decuit omnium miniſterio offerri: ſed ſelectos quoſdam tanto muneri exercendo addici.

De Miſſa ſacrificio.

l S.*Th.* 3.p. q.83.a.1.

m *Io.*4.23. 24.

34 Quartum Eccleſiaſticæ Hierarchiæ munus eſt *n* Adminiſtratio Sacramentorum ad

De Sacramentis.

n S.Th.3.p. q.62.a.1.

gratiam infundendam. Per gratiam diuinæ naturæ conſortes efficimur, & Filij Dei, ac ordinis ſupernaturalis, vt in 2.diſt. dictũ eſt. Vt autẽ naturę debetur operatio naturalis: ita gratiæ debentur operationes ſupernatules. cum ergo voluerit Deus ſenſibili hominum miniſterio nos gratiam accipere, vt ex dictis intelligitur: decuit tãto miniſterio ſelectos homines addici, o eiſque ſenſibilia inſtrumenta tradi ad gratiam producendam; quæ Sacramenta appellamus. Sunt autem Sacramenta ſeptem. 35

o S.Th.3.p. q.60. & q.61.a.1.3.4. et q.64.a.4.

De Baptiſmo.

p Baptiſmus, per quem gratiã accipimus, vt generemur filij Dei, & vitam ſupernaturalem viuamus. q habenti enim gratiã baptiſmalem tribuit Deus auxilia peculiaria, vt poſſit vitam ſupernaturalem viuere. exigit enim ea gratia vitam hanc. Idemq; in alijs Sacramentis eadem ratione dicendum, r vnamquamque Sacramentorum gratiã ſua à Deo auxilia exigere; ob idq; illam Deum per Sacramenta tribuere, vt exigat. 36

p Vid. Soar. t.3.d 7.ſect. 3. S. Tho. agit de bapt. 3.p. à q. 66. ad 71.

De Cõfirmatione.

s Secundum Sacramentum eſt Confirmatio: quæ tribuit gratiam viro adulto reſpondentem. Vt enim homo cum adoleuit viribus pollet, quas non habebat cum erat puer; efficitque operationes præſtantiores. ita per Sacramentum Confirmationis recipitur gratia, quæ exigit à Deo auxilia ad robur in Fide, & ad opera forti viro congruentia pro gloria Dei. 37

q S.Th.3.p. q.69.a.5.
r Ex S.Th. 3.p. q.62.a. 2.

De Euchariſtia.

t Euchariſtiæ Sacramentum eſt cibus hominis ſupernaturalis. Vt enim alimentum in corporibus vires reficit: ita Euchariſtiæ gra- 38

tia

tia datur ad exigendum auxilia, quæ reficiãt
animum, eique nutrimentum, & augmentum
39 tribuant gratiæ. Fit etiam per Eucharistiæ
Sacramentum consummatio sacrificij: con-
sumptis enim in stomacho speciebus panis,
& vini; desinit sub illis esse Christus, qui in
Missæ sacrificio fuerat oblatus. *u* est enim
verè, & realiter, & substantialiter Christus
pręsens sub speciebus panis, & vini post con-
40 secrationem. Hoc maximum Dei donum est,
diuinæ bonitati maximè congruens: quæ hoc
etiã modo mirabili voluit se nobis vniri per
modum cibi, & in nobis eos effectus super-
naturales efficere respectu vitę ęternæ, quos
facit cibus in corporibus naturales respectu
vitæ naturalis.

s *S.Th.3.p. q.72.a.1. et a.7.ad 3.*

t *S.Th. 3.p. q.73.a.1. et q.79.a.1.*

u *S.Th.3.p. q.75.a.1. et q.76.*

De Pœnitentiæ Sacramẽto.

41 Quartum est Sacramentum Pœnitentiæ.
x Contingit enim in hac vita mortali filios
Dei decidere à gratia, & per peccatũ in Dei
offensam incurrere, & ex viuis Christi mem-
bris effici mortua. *y* Quare necessarium fuit
tradi Ecclesiæ à Christo instrumentum visi-
bile ad restituendum gratiã amissam, & ami-
42 citiam cum Deo. *z* Cum autem gratia per
nos, & nostra culpa sit peccando amissa:
decuit nobis gratiam nõ restitui, nisi nos ipsi
43 de culpa admissa doleremus. *a* Et quia gra-
tia, qua peccatum deletur, & remittitur, non
potest, vt ex dictis intelligitur, nisi per Eccle
siam visibilem haberi, ex Christi decreto:
Ecclesia autem visibilis non potest peccato-
rum notitiam habere, quæ latẽt in hominum
animis: ideo debent ea peccata, ipsorum, qui
peccauerũt, cõfessione, Ecclesiæ manifestari.

x *Ex Trid. sess. 6. c.14. & sess. 14. de Sacram. Pœnit.*

y *S.Th.3.p. q.84. a.5.6.7.*

z *S.Th. 3.p. q.90.a.2.*

a *S. Th. in Add.q.6. a.1.*

b S.Th.3.p. q.84.a.3. *b* Et quia nullus visibilis remittendi culpam 44
modus congruentior apparet, quàm ipsam
culpæ absolutionem verbis proferre: ideo cũ
Ecclesia peccata remittit, vtitur illis verbis,
Ego te absoluo, &c. Et quia qui culpam ad- 45
misit, reus est pœnæ: ideo ab Ecclesia pecca-
tori post peccati confessionem iniungitur
c S. Th. in Add. q. 15. pœna; *c* per quã reus & satisfacit, & cautior
redditur ne iterum peccet. *d* Cum autem
d S.Th.3.p. q.86.a.4. peccatori, quia ius diuinum læsit, quod est
infinitum, pœna debeatur ęterna: pœna quę
à Sacerdote iniungitur, non respondet æter-
næ pœnæ; quę vel Sacramento, vel Sacramẽ-
ti voto vnà cum culpa remittitur; sed pœnę
temporali; quæ, vt sacræ litteræ docent, non
tota semper (vt in Baptismo fit) dimittitur
illis, qui gratia Dei, quam acceperũt ingrati,
Spiritum sanctum contristauerunt, & tem-
plum Dei violare non sunt veriti. Ex quibus 46
intelligitur Sacramentum Pœnitentiæ ha-
bere formam veram Iudicij: in quo reus est,
e S. Th. in Add. q.8. a. 1. & 4. qui peccauit, & ipsemet accusator; *e* Iudex,
qui causam cognoscit, & pœnam iniungit,
& absolutionis sentẽtiam profert, est Sacer-
dos. neque enim debuit huius Sacramenti
ministerium; quod in Ministro prudentiam
requirit, & doctrinam ad peccata dignoscen
da, ad remedia pro animorum morbis adhi-
benda, ad pœnas pro culparum ratione in-
f S. Th. in Add. q. 19. & 20. iungendas; cuicunque committi: *f* sed solis
Sacerdotibus, qui in ecclesiastica Hierarchia
sunt ordo præcipuus. Porro ad pudoris re- 47
medium, ne retrahantur homines à suorum
peccatorum confessione: decuit confessio-
nem

nem esse secretam, *g* & Sacerdotem confessionem audientem teneri quam maximè cogitari potest, ad secreti sigillum custodiendum.

g *S. Th. in Add. q.* 11.

De Extrema vnctione.

48 *h* Iam ex hac mortali vita discessuris, & morti proximis decuit gratiam tribui: quæ deleret peccata, si qua reliqua essent, ac nos laterent post susceptum Sacramentum Confessionis: quæ propelleret peccatorum reliquias: quæ à Deo auxilia exigeret ad robur pro extrema pugna cum hoste subeunda, ad mortis molestiam tolerãdam: propter quam corporis etiam sanitatem Deus largiretur, si expediret. ad eam gratiam tribuendam *i* institutum est quintum Sacramentum Extrema vnctio.

h *S. Th.* 3. *p. q.* 65. *a.* 1. *et in Add. q.* 30. *a.* 1. *et* 2.

i *S. Th. in Add. q.* 29. *a.* 1.

De Ordine.

49 Sextum est ordo: k cuius gratia exigit à Deo auxilia ad hierarchica ministeria ritè obeunda.

De Matrimonio.

50 Septimum Matrimonium, *l* ad prolem re-
51 ligiosè educandam. *m* Cum autem mutuus amor inter coniuges sit Matrimonio maximè consentaneus; & naturæ rationali sit magis congruum Matrimonium, quod magis à sensu, & natura bestiarum recedit: decuit in Ecclesia vnum virum vxores habere nõ plures vna; ad mutuum inter coniuges amorem magis augendum, & conseruandum; ad vitã minus animalem degendam. Præter quam quod Matrimonium est quoddam symbolum coniugij sacri, quod intercedit inter Christũ, & Ecclesiam: vna autẽ est Ecclesia, vt supra
52 dictum est. *n* Ex quo etiam intelligitur Matrimonij nexum debere esse perpetuũ vsque

k *S. Th. in Add. q.* 35. *a.* 1.

l *S. Th. in Add. q.* 42. *a.* 3.

m *S. Th. in Add. q.* 41. *a.* 1. *et q.* 65. *a.* 1.

n *Alias ra-*

ad

tiones vide apud S.Th. in Add. q. 67.a.1.2.3.

o S. Th. in Add.q.50.

ad mortem alterius coniugis: quia nexus inter Christum, & Ecclesiam perpetuus est. *o* Et quia Matrimonium secundum suã naturam est genus quoddã ciuilis contractus, quo coniuges alter alteri tradit ius in suum corpus: contractus autem vt sint legitimi, ac validi, debent secũdum Principum leges iniri: ideo Matrimonia vt inter fideles sint valida, debent contrahi secundum leges Ecclesiæ. Quatenus enim Sacramẽtum sunt, ad Ecclesiam pertinent. Per leges autem Ecclesiæ multa sanctè decreta sunt, quæ si non seruentur, Matrimonium irritum reddunt. 53

De Sacramẽtorum numero.

p Vid. Catech. Pij V. et S.Th.3.p. q.65.a.1.et 2.

Ex ijs porro, quę dicta sunt, colligimus Sacramenta neque plura septem esse debuisse, neque pauciora. *p* Nam cum gratia habeat similitudinem cum natura, vt supra dictũ est; & Sacramenta sint instrumẽta tributa Ecclesiæ ad vitam, & operationes supernaturales, & Ecclesia sit Ciuitas quædã Dei: fit, vt quæ necessaria sunt homini ad viuẽdum, vitamq; conseruandam, & cum sua, Reiq; publicæ vtilitate traducendam; eadem proportione quadam sint necessaria nobis ad vitã supernaturalẽ in Ecclesia degendam. Sunt autem homini secundum naturam necessaria hæc septem: vt scilicet in lucem edatur; vt augeatur; vt alatur; vt sanetur, si in morbum incidat; vt imbecillitas viriũ reficiatur; vt, quod ad Remp. attinet, magistratus nunquam desint, quorũ auctoritate, & imperio regatur; vt legitima sobolis procreatione se ipsum, & humanum genus conseruet. His in Christi Rep. respondent Baptismus, Confirmatio, 54 55

Eu-

Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, Matrimonium; vt fuſius ſupra explicatum eſt.

56 Horum omnium effectus eſt gratia iuſtificans, vt dictum eſt: *q* ſed Baptiſmus, Confirmatio, *r* Ordo, præter gratiam, characterem imprimunt animæ. Cum enim ſæpe contingat per peccatum gratiam amitti: nõ debuit amitti ſignum, quo dignoſcerentur ab alijs hominibus ij, quos ſemel per Baptiſmũ ſibi genuit, ſuæq; Reipublicæ aggregauit Eccleſia; & quos per Confirmationem viros effecit, & *s* ſuæ militiæ conſcripſit; & quibus per Sacramentum Ordinis poteſtatẽ dedit exercendi munera eccleſiaſticæ Hierarchiæ propria.

De charactere.

q *S.Th.3.p. q.63. & q. 72.a.5.*

r S. *Th. in Add. q. 35. a.2.*

s *S.Th.3.p. q.72. a. 10. ad 2.*

57 Iam Sacramenta ſunt res valde ſacrę, cum & à Chriſto inſtituta ſint, & gratiã efficiant, quæ eſt participatio diuinæ naturæ: ſunt ſigna quædam præcipua, & præſtantiſſima; quæ rebus ſenſibilibus ſignificant rem inuiſibilem ſanctiſſimam, nempe gratiam, quam efficiunt, eiuſque ſacratiſſimos effectus; vt Baptiſmus ſua materia, ſuis verbis, & ablutione illa ſenſibili ſignificat gratiam, quam in animo producit, mundantem à peccatis; Euchariſtia ſpeciebus illis panis, & vini, & earum eſu, indicat gratiam, quam efficit ad alẽdum animum, ſicut cibus corporeus corpus alit; atque ita in reliquis Sacramentis reperiemus ſingula ſuis ſignis ſenſibilibus oſtẽdere gratiam, gratiæque effectus inuiſibiles. Quatenus ergo Sacramenta ſunt res ſacræ ſenſibiles; debent magna cum reuerentia, nõ ſolum

De Ritibus, & Cæremoniis.

ad mortem alterius coniugis: quia nexus inter Christum, & Ecclesiam perpetuus est. *o* Et quia Matrimonium secundum suã naturam est genus quoddã ciuilis contractus, quo coniuges alter alteri tradit ius in suum corpus: contractus autem vt sint legitimi, ac validi, debent secũdum Principum leges iniri: ideo Matrimonia vt inter fideles sint valida, debent contrahi secundum leges Ecclesiæ. Quatenus enim Sacramẽtum sunt, ad Ecclesiam pertinent. Per leges autem Ecclesiæ multa sanctè decreta sunt, quæ si non seruentur, Matrimonium irritum reddunt. 53

tiones vide apud S.Tb. in Add. q. 67.a.1.2.3.

o S. Tb. in Add.q.50.

De Sacramẽtorum numero.

Ex ijs porro, quę dicta sunt, colligimus Sacramenta neque plura septem esse debuisse, neque pauciora. *p* Nam cum gratia habeat similitudinem cum natura, vt supra dictũ est; & Sacramenta sint instrumẽta tributa Ecclesiæ ad vitam, & operationes supernaturales, & Ecclesia sit Ciuitas quædã Dei: fit, vt quæ necessaria sunt homini ad viuẽdum, vitamq; conseruandam, & cum sua, Reiq; publicæ vtilitate traducendam; eadem proportione quadam sint necessaria nobis ad vitã supernaturalẽ in Ecclesia degendam. 54 Sunt autem homini secundum naturam necessaria hæc septem: vt scilicet in lucem edatur; vt augeatur; vt alatur; vt sanetur, si in morbum incidat; vt imbecillitas viriũ reficiatur; vt, quod ad Remp. attinet, magistratus nunquam desint, quorũ auctoritate, & imperio regatur; vt legitima sobolis procreatione se ipsum, & humanum genus conseruet. His in Christi Rep. respondent Baptismus, Confirmatio, 55

p Vid. Catecb. Pij V. et S.Tb.3.p. q.65.a.1.et 2.

Eu-

Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, Matrimonium; vt fuſius ſupra explicatum eſt.

De charactere.

56 Horum omnium effectus eſt gratia iuſtificans, vt dictum eſt: *q* ſed Baptiſmus, Confirmatio, *r* Ordo, præter gratiam, characterem imprimunt animæ. Cum enim ſæpe contingat per peccatum gratiam amitti: nō debuit amitti ſignum, quo dignoſcerentur ab alijs hominibus ij, quos ſemel per Baptiſmū ſibi genuit, ſuæq; Reipublicæ aggregauit Eccleſia; & quos per Confirmationem viros effecit, & *s* ſuæ militiæ conſcripſit; & quibus per Sacramentum Ordinis poteſtatē dedit exercendi munera eccleſiaſticæ Hierarchiæ propria.

q *S.Th.3.p. q.63. & q. 72.a.5.*
r *S. Th. in Add. q. 35. a.2.*
s *S.Th.3.p. q.72. a. 10. ad 2.*

De Ritibus, & Caremoniis.

57 Iam Sacramenta ſunt res valde ſacræ, cum & à Chriſto inſtituta ſint, & gratiā efficiant, quæ eſt participatio diuinæ naturæ: ſunt ſigna quædam præcipua, & præſtantiſſima; quæ rebus ſenſibilibus ſignificant rem inuiſibilem ſanctiſſimam, nempe gratiam, quam efficiunt, eiuſque ſacratiſſimos effectus; vt Baptiſmus ſua materia, ſuis verbis, & ablutione illa ſenſibili ſignificat gratiam, quam in animo producit, mundantem à peccatis; Euchariſtia ſpeciebus illis panis, & vini, & earum eſu, indicat gratiam, quam efficit ad alēdum animum, ſicut cibus corporeus corpus alit; atque ita in reliquis Sacramentis reperiemus ſingula ſuis ſignis ſenſibilibus oſtēdere gratiam, gratiæque effectus inuiſibiles. Quatenus ergo Sacramenta ſunt res ſacræ ſenſibiles; debent magna cum reuerentia, nō

ſolum

ſolum interna, ſed etiam externa, & ſenſibili, adminiſtrari. Quatenus ſunt externa ſigna gratiæ; debuerunt cũ tot alijs externis ſignis coniungi, quot ſufficerent ad excitandos hominum animum, qui è ſenſibus pendet, ad reuerẽtiam erga rem tam ſacram; & ad cognitionem tum Chriſti, qui eſt auctor gratiæ; tũ operum bonorum, quæ per gratiam efficiuntur; tum æternæ felicitatis, quam per gratiã conſequimur. Ea ſigna, quæ ob has rationes debuerunt ab Eccleſia inſtitui, vt Sacramentorum adminiſtrationem, & ſacroſanctum ſacrificium comitarentur, Ritus appellantur, & Cæremoniæ ſacræ.

De Sacramentalibus.

Inter quas aliquæ Sacramentalia dicũtur. 58
an quia Sacramentorũ miniſterio deſeruiũt? an quia ad Sacramentorum ſimilitudinem, quamquam nõ eodem modo, ſuos quoſdam effectus efficiunt? vt remittere venialia, deuotionem excitare, dæmones effugare, pericula repellere, morbos curare. Huius generis ſunt, Signum Crucis, Aqua benedicta, Cereus Dei agnus, Templa conſecrata, candelæ, ac palmæ benedictæ. Eſt autem horum 59
vſus exercita quædam, quæ non verbis, ſed opere ipſo fit, meritorum, & orationis Eccleſiæ, quæ ea inſtituit, & ſua oratione benedixit, repræſentatio, & commemoratio facta Deo. Deus autem Eccleſiæ à ſe dilectæ meritis, & oratione mouetur ad beneficia largienda, quæ ab ipſa petuntur.

t S.Th. 3.p. q.25.

t Ad ritus ab ipſo Eccleſiæ initio ad hæc 60
vſque tempora deriuatos ſpectat ſacrarum Imaginum cultus, & Reliquiarum ſanctarum reue-

reuerentia. Decet enim his sensibilibus excitamentis renouare in nobis, & excitare Dei, & Christi, & Deiparę, & Sanctorum in cælo cum Christo regnãtium memoriam; ad grati animi significationem, ad imitationem. *De sacris Imaginibus, & Reliquiis.*

61 Decet non solum interno animi sensu, sed etiam externo corporis motu, res, ac signa tã sacra venerari; & in ipsis illos adorare, quorum Imagines, & signa sunt. connexionem enim habent inter se signum, & res significata, faciuntque quid vnum, vt vestis cum vestito.

62 Porro in ea quatuor, quæ hactenus explicata sunt, Ecclesiasticæ Hierarchiæ munera, ministrandi verbum Dei, orationes, sacrificium, Sacramenta, supremam Iurisdictionẽ habet Romanus Episcopus Christi Vicarius: à quo omnis iurisdictio in minores Pastores deriuatur. est enim ipse Caput Ecclesiæ, vt supra dictum est: capitis autem est reliqua corporis membra, vt membra corporis sunt, mouere, ac dirigere: sunt autem membra Ecclesiæ maxime propria, qui ex Hierarchia *De ecclesiastica iurisdictionis potestate.*

63 Ecclesiastica sunt. Ad Capitis autem regimen in omni recte instituta Republica spectat, ad rectam actionem ciues, non solum legibus, sed etiam præmijs, ac pænis excitare, eosque quibuscunque potest medijs iuuare ad felicem vitam degendam. Quare ad Ecclesiasticam iurisdictionem debet attinere, non solũ legibus christianos mores dirigere; sed etiã pœnas imponere, & præmia distribuere. In pœnis primum locum tenent eæ, quas Censuras appellãt; in præmijs quædam sunt, quæ

Indul-

u De his S. Th. in Add. à q. 17. ad 29.

Indulgētias, & suffragia nominamus. *u* Harum pœnarum, & prȩmiorum distributio ad Iurisdictionem spectat, quam vocare Potestatem clauium solemus; eaque maxime in Sacramenti Pœnitentiæ Iudicio exercetur.

De Indulgentijs.

Est autē Indulgentia remissio, quæ ex Ecclesiæ liberalitate fit, debiti, quod soluendum 64
nobis est ad satisfaciendum pro peccatis, & culpis remissis. remissa enim culpa per gratiam iustificantem, & soluto reatu æternæ damnationis, debet remanere luenda aliqua pœna temporalis ad terrorem, ne in culpam iterum labamur. ad huius temporalis pœnæ remissionem valet Indulgentia. quæ habet 65
rationem præmij: quia non solet in Ecclesia relaxari liberaliter debitum pœnæ luendæ pro peccatis, nisi fiat à reo opus aliquod ab Ecclesia pro ea poena relaxanda iniunctum. operi autem bono præmium respondet, prȩsertim intercedente promissione. Nunc autem in Indulgentia operi bono Ecclesiæ promissio intercedit de pœnæ relaxatione.

x S. Th. in Add. q. 25. a. 1.

x Supplent autem pro pœnis à nobis debi- 66
tis satisfactiones Christi nostri Capitis, & Sanctorum, cū quibus vnum corpus sumus, & inuicem membra in Ecclesia. atque hæ satisfactiones sunt Thesaurus indeficiens, ex quo præmiorum hoc genus haurit Ecclesia.

De suffragiis.

y Leg. S. Th. in Add. q. 71.

y Haurit etiam satisfactiones pro ijs, qui decedentes in gratia, cum non plene in mundo pro pœnis debitis satisfecerint, illas in Purgatorio luunt. quæ suffragia dicuntur: quia Deo pro ijs offeruntur, qui ea ope indigent, vt à pœnis liberētur. & decet hoc opis 67
genus

genus præberi ijs, qui vt membra Ecclesiæ decesserunt, & amici Dei sunt, & ad æternã beatitatem electi. atque hoc etiam genus satisfactionis rationem habet præmij: quia nõ cedit in opem defunctorum nisi per opera viuorum, ipsis viuis ab habente potestatem iniuncta in suffragium mortuorum.

68 Hæc de Ecclesia militante, quantũ visum est satis esse ad Scripturas melius intelligendas. Militans autem appellatur: quia vt quoddam Regnum se habet, quod perpetuum bellum gerit cum z Rege impiorum Diabolo, & eius militibus, Ecclesiæ persecutoribus, concupiscentia, vitijs, peccatis. Persecutorum autem varia sunt genera, Iudæi, Hęretici, Apostatæ, Schismatici, Idololatrę, Mahometani, mali Catholici. Contra quos hostes Ecclesia pugnat doctrina, sacrificio, Sacramentis, precibus ad Deum fusis. Vtitur etiam intercessionibus Sanctorum in cœlo cum Christo regnantium. quos certo putandum est pro Ecclesia Deum precari, per quam in cœlum peruenerunt.

De Ecclesia aduersariis.

z *S. Th.* 1. *p.* *q.* 114. & 3. *p. q.* 8. *a.* 7.

DE ECCLESIA TRIVMPHANTE.

Siue
De cœleſti Hierarchia, & felicitate Sanctorum.

De animorum immortalitate.

a *S.Th.1.p. q.75.a.2.3.5.*

CErtũ eſt hominis animum eſſe immortalẽ. 1
a Operatio enim, quã animus efficit, intelligendi ſpiritualia, vt Deum, & contemplãdi vniuerſalia, & omne ens; arguit illũ eſſe ſpiritualem, ac proinde non dependentem in eſſe à cauſa materiali. materiale enim non poteſt dare eſſe rei ſpirituali, quæ eſt materiali nobilior.

b *Vide S. Thom. 1.p. q.50.a.5. et q.75.a.6. et q.104. a. 4.*
c *S. Dionyſ. de Diu. Nomin. c.4.*
S. Th. 3.p. q.50.a.2.
d *S.Th.1.p.*

b Ens autem independens à cauſa materiali, nõ habet, vnde corrumpi poſſit. *c* Dependet enim à Deo ſolo: cuius operatio ſemper perſeuerat; vt in omnibus effectis cernitur, quæ à ſolo Deo dependent, vt ſunt Angeli, Cœli,
materia prima. Remanet ergo animus cor- 2
rupto corpore. *d* & remãſurum arguit propenſio, quam habet ad retinẽdam ſui memo-
riam, & gloriã in omni poſteritate. *e* Cum 3
autem faciat vnum cum corpore, & cum illo ſit vere vnum principium operationũ, vt vegetan-

getandi, sentiendi: *f* vere proinde animus est ens imperfectum, & pars, & essentialem propensionem habens ad faciendum vnum
4 cū corpore. *g* Non decuit ergo ens immortale esse æterno tempore imperfectum, & cum ea propensione nunquam perueniente
5 ad suam perfectionem. *h* Itaque cum Deus hominem creauit, ijs eum donis instruxit, vt nunquam posset mori, si non peccaret. peccauit autem: *i* ideo moritur, vt in 2. dist. dictū
6 est. k at sublatum est peccatum per Christū, vt explicatum est distinctione tertia. ergo sublata est pœna æternæ mortis: ac proinde vnietur aliquando animus corpori, *l* vt eius natura exigit, & resurget homo *m* (quamquam non naturæ, sed Dei opera) ad vitam immortalem.

7 *n* Cum autem animus per intellectū propensionem habeat ad intelligibile infinitum, vt clarè colligitur ex eo, quòd nūquam expletur intelligendo: ea autem propensio non possit per aliud obiectum expleri, quam per Deum clare visum; qui est obiectum infinitæ perfectionis, & veritatis: decuit non creari à Deo animum, nisi ad videndum aliquando Deum intuitiuè. quod etiam decuit Dei bonitatem infinitam: quæ cum sit causa efficiēs humani animi, voluit assimilare sibi suū pręcipuum effectū pręcipuo assimilationis modo; nempe vt, quia ipse est sibi visio sui esse purissimi, ita eiusdem esse purissimi visionē haberet humanus animus. Decet ergo animum nostrum aliquādo videre Deum, eiusq; visione frui: quod est assequi summum bonum,

q.75.a.6.
e *S.Th.1.p. q.76 a.1. et 4. & q.118. a.3.*
f *S.Th. in Add. q.93. a.1.*
g *S.Th. in Add. q.75. a.2.*
h *S.Th.1.p. q. 76. a.5. ad 1. & q 97.a.1.et 2. et 1.2.q.85. a.6.*

De animorū propensione ad beatitudinem.

i *S.Th. 1.p. q.118. a.3. ad 3. & 1.2. q.85.a.5.*
k *S.Th. in Add. q.75. a.1.ad 5.*
l *S.Th. in Add.q 75.*
m *S.Th. in*

num,& vitam beatissimam viuere. *o* Vitam 8
autem animi tam fœlicem, decet associari vitæ quoque perfectissimæ corporis: *p* & corpori beato debetur locus omnibus commodis ornatus.

Add. q.75. a.3.

n S.Th. 1.p. q. 12. a. 1. & in Add. q.92.a.1.

De Ecclesiæ triumphantis proprietatibus.

9 Ex his intelligere possumus omnia, quę de Ecclesia triumphante habentur in Scripturis sacris, & in libris Doctorũ. Quæ ad quatuor capita redigi possunt; quæ sunt quatuor Ecclesię triumphantis proprietates. est enim il-
la ciuitas, Vna, Sancta, Hierarchica, Felix. est 10
vna, diuersæ licet naturæ sint eius ciues, Angeli, & Homines: quia vnum est omnium Bonum summum Deus; vnius generis vita beata, visio Dei, solum gradibus distincta; *q* vnũ caput & Hominum, & Angelorum Christus Iesus; vnus omnium finis, gloria Dei; in vnã omnes incumbunt, imitationem Dei; *r* vno
omnes iuncti nexu charitatis. Est illa cœle 11
stis Ecclesia, Sancta: quia visione, & amore vnitur Bono Sanctissimo: quia Caput eius est Christus Sanctissimus: quia gratia ornatur immobiliter inhærẽte: quia mores habet, & actiones omni ex parte cũ diuina ratione consentientes.

o S. Th. in Add. q.74. a.1.ad 3.

p S.Th. 1.p. q.66.a.3. et q.102. a.2. ad 1. & in Add. q. 69. a.1.& 2.

q S.Th.3.p. q 8.a.4.

De cælesti Hierarchia.

Hierarchicam porro beatam illam ciuita 12
tem esse dicimus, id est, sacrum principatum habentem cum ordine mirabili ciuium inter se supremorum, mediorum, infimorũ. Principes enim ciues omnes sunt: quia primo omnium principio potiuntur, & vniuntur: quia per gratiam filij Dei sunt, & ius habentes ad possidendum ipsum Deum, cuius est dominium rerum omnium: quia in suo purgandi, illu-

r S. Th. in Add. q.71. a.1.

illuminandi, perficiendi ministerio actiones
13 imitantur Principis Dei. Sed possessio Dei, hoc est, visio, non in omnibus æqualis gradu, æqualis claritate. nam in Angelis visio respõdet gratiæ, gratia meritis, merita primæ gratiæ, prima gratia naturæ; natura autem non
14 eadem in omnibus. *s* Creauit enim Deus Angelos diuersæ naturæ inter se; vnum alio nobiliorem, cum maxima varietate, *t* ac numero: ad suæ bonitatis diuitias in entibus intellectualibus nobilissimis, Deo ipsi valde
15 similibus, ostendendas. *u* Et quia, vt supra dictum est, gratia Deus naturam non destruit, sed perficit: putandum est eis infudisse in ipsorum productione gratiam naturæ nobilitati respondentem, nobiliori cuique naturæ maiorem. Secundum autem gratiæ proportionem Deus maiora cuique ad cooperandũ gratiæ auxilia tribuere solet. & quia Angeli habuerunt ab instanti creationis infusam omnem cuique congruentem scientiam, vt in 2. dist. dictum est; nec habent vllum sensuum impedimentum ad operandum actiones intellectiuas: debuerunt secundum acceptæ à Deo gratiæ, & auxiliorum proportionem, per suum liberum arbitrium cooperari ex toto conatu, quantũ potuerunt: ergo Angeli, qui non peccarunt, meruerunt sua cooperatione gratiæ augmentum, & visionẽ beatam secundum proportionem primæ gratiæ, &
16 secundum nobilitatem naturæ. Cum ergo in Angelis sint varij gradus nobilitatis secundum naturam: est proinde in Hierarchia cęlesti ordo superiorum, & inferiorum; in natura,

s *S.Th.1.p. q.50.a.4. et q.108. a.4.*
t *S.Th.1.p. q.50.a.3.*
u *S.Th.1.p. q.62.a.6.*

x De gradibus visionis beatæ S.Th. 1.p.q.12.a.6.

tura, & gratia, *x* & visione beata fundatus.
Et quia Deus entia intellectualia, vt in 2.dist. 17
dictum est, produxit vt sibi eorum auctori
essent, quam fieri posset, similia: indidit proinde illis nō solum visionem sui auctoris, sed etiam imitationem in operādo. vt ergo proprium Dei est entia intellectualia Purgare, Illuminare, Perficere: ita ciues illi cælestes secundum vires cuiusque proprias, nituntur
alios purgare, illuminare, perficere. Purgat 18
autem Deus maxime, illuminat, perficit per visionem beatam. Visio enim beata purgationem secum affert, quatenus & gratiæ sanctitatem requirit in habente beatam visionē, & ipsa beata visio vi sua omnem peccati maculam excludit, & negationem intuitiuæ
cognitionis Dei: est ipsa visio perfectissima 19
quædam illuminatio intellectus; effectus & luminis gloriæ, & ipsius auctoris luminum
Dei: est eadem perfectio maxima, quatenus 20
vnit nobis modo perfectissimo vitali Deum

y S.Th.1.p. q.106.a.4.

bonum summum. *y* Cælestes autem spiritus 21
imitantur Deum, quatenus respectu Ecclesiæ militantis ministri Dei sunt in promouendis hominibus ad visionem beatam: & quatenus respectu Ecclesiæ triumphantis vt quique spiritus est superior alio natura, & visione intuitiua Dei; ita superior etiam est cognitione tum naturali, tum supernaturali, *z* qua plura videt in Verbo, quā spiritus inferior. *a* Quare habet superior, vnde communicare possit inferiori cognitionem aliquorum, quam non habet inferior. Imitatur igitur Deum communicando inferiori eam cognitionem:

z S.Th.1.p. q. 12. a. 8. & in Add. q.72.a.1.

a S.Dionys. Diu.No

ac

b ac proinde ea cognitione & purgat inferiorem, auferẽdo ab illo negationem cognitionis, seu ignorantiam; & illuminat, docendo, ponendoque ipsam cognitionem; & perficit apprehẽsione, quam in alio inserit, obiecti noui. Præterea Deus, vt vniat ciues illos inter se, *c* quæ vult ab ipsis agi in ministerio tum saluandorum hominum, tum aliorum effectuum, plurimum non inferioribus, sed supremis reuelat, eisq; aperit sua consilia: vt ipsi deinde inferioribus aperiant, & hi deinceps alijs, à quibus ea sunt executioni mandanda.

min.c.4.
S. Th. 1.p. q. 106. a. 1. ad 1. & in Add. q. 72. a. 1.
b *S. Dionys. cœl. Hierar. c. 8. & eccl. Hier. c. 6.*
S. Th. 1. p. q. 106.

22

23 *d* Itaque Theologi tradiderunt vnã illam Ciuitatem in tres Hierarchias esse diuisam: quarum prima suprema tres Angelorum ordines complectitur, Seraphinos, Cherubinos, Thronos; secunda Dominationes, Virtutes, Potestates; tertia Principatus, Archangelos, Angelos, ita communi omnium spirituum nomine appellatos. In felici enim illo regno Dei, debuerunt ciues, quibus Deo ministrãdi, & cooperandi cura est demandata, ita distingui, vt supremi essẽt quasi Cõsiliarij summi Regis, & qui decreta rerum agendarum primi exciperent ex ore Dei: medij se haberent vt Magistratus, & Gubernatores in Republica: infimi autem essent ipsius operis ministri. *e* Cum autem in quoque opere tria spectanda sint, finis, media, executio mediorum: tres debuerunt esse Hierarchiæ: prima, quæ tota esset intenta fini; secunda medijs; tertia operum praxi. Porro finis omnium operum est Gloria Dei. vt quis autem rectè

24

25

De Angelorum ordinibus, & ministeriis.

c *S. Th. 1. p. q. 57. a. 5. et q. 58. a. 1.*
d *S. Dionys. cœl. Hierar. c. 6.*
S. Th. 1. p. q. 108.
e *S. Th. 1. p. q. 108. a. 6.*
f *S. Th. 1. p. q. 107.*

se habeat circa finem gloriæ Dei, debet illum amare, illum semper intueri, & contemplari; eius quærendi, & procurandi mensuram ex ipsius Dei voluntate metiri. Ob eam causam in prima Hierarchia tres ordines sunt. Seraphini, qui supra cæteros spiritus excellunt amore in Deum, & eius gloriã. amor autem, licet finis cognitionem supponat: ipse tamen est prima origo omnium actionum circa finem, etiam ipsius cognitionis, vt ea magis augeatur, & intendatur respectu finis. Cherubini cognitione, & contemplatione omnes ordines inferiores excedunt. Throni supra omnes inferiores habent excessum conformitatis cum diuina voluntate. In electione 26
autem mediorum tria habent attendi: vt media sint meliora, vt efficaciora, vt suauiora: ideo in secũda Hierarchia tres sunt ordines. Dominationes excellunt amore in quæque præstãtissima, & ab omni vilitate purissima. Virtutes eminent constantia; & facultate patrandorum miraculorum. Potestates, superiores sunt omnibus inferioribus ordinibus dexteritate, & suauitate in regendo; & virtute coercendorum Dæmonum. In ipso re- 27
gendorum hominum, & custodiendorum, ministerio, ac praxi debet is ordo seruari, vt primo Principum, qui sunt Capita cęterorum; deinde Communitatum; postremo singulorũ hominum ratio habeatur. quare existit triplex regiminis genus. Debent ergo in tertia Hierarchia esse tres ordines, vnus alio superior, atque nobilior pro nobilitate regiminis. ij sunt, Principatus, Archãgeli, Angeli.

Porro

28 f Porro hierarchica hæc cælestium spirituum societas locutionis vsum requirit inter ipsos, vt nemo non videt. Quis autem putandus est esse in Angelis loquēdi modus? An Deus vt causa prima, & vniuersalis concurrit cum volūtate Angeli volentis alloqui alium Angelum, & Angeli loquentis impotentiā supplens, producit in alterius Angeli, ad quem fit locutio, intellectu vel speciem verbi, & conceptus Angeli loquentis, vel cognitionem? An in intellectibus Angelorum sunt congenitæ species conceptuum, & verborum, ita se habentes; vt, cum vnus Angelus format actum volendi manifestare suū conceptum alteri Angelo; per quandam siue sympathiam, siue Dei concursum, species illę moueant intellectum eius, ad quem fit locutio, repræsentando actualem conceptum, ac
29 verbum loquentis? Cum hominibus autem, quos regunt, loquuntur in terris Angeli, excitando per species in imaginatiua receptas ipsam imaginatiuam ad actum imaginationis formandum; quo actu excitatur intellectus ad intelligendum, quæ ab Angelis proponuntur.

De locutione Angelorum.

f S. Th. 1. p. q. 107.

30 g Iam homines, qui ad cæli regnum admittuntur; in eum Angelorum ordinē aggregātur, cui pares gratiæ, & visionis beatæ gradu sunt. Ipsi etiam, vt Angeli, beatos inferiores purgant, illuminant, perficiunt; vt de Angelis dictum est. cum eadem sit vtrorumque ratio. Sed quod ad ministerium circa homines in terra degentes attinet: quia nō solent animæ beatę à Deo mitti; putamus purgādi,

De intercessione Sanctorum.

g Aug. 12. Ciu. c. 1. S. Th. 1. p q. 108. a. 8.

& in Add. q.93.
h *S. Th. in Add. q.52. a.1. & 2. & q.72. a.1.*

illuminandi, perficiendi ministerium *b* precibus ad Deum fusis obire. ab ijs enim sibi amicissimis exoratus Deus; & Angelorum, & ecclesiasticæ Hierarchiæ ministerio, & per se ipse viatores purgat, illuminat, perficit.

De ordinatione malorum angelorum.

i *S.Th. 1.p. q.109.*
k *S.Th.3.p. q.8.a.7.*
l *S.Th. 1.p. q.114.*

i Porrò ex ijs, quæ de cælesti Hierarchia 31
dicta sunt, possumus colligere quiddā simile in regno *k* Diaboli. Vt enim illa finem habet gloriam Dei; quā impensè intendit ex amore, quo prosequitur Deum: ita hoc finē habet contemptum Dei; quem procurat ob odium in Deum. Angeli ergo mali, ministri Satanæ, suos etiam ipsi ordines habent; vt natura inter se, ita etiam potestatis, & malitiæ gradu differentes. *l* concordes, & iuuantes inuicem ad hominum salutem impediendam, ne sequatur gloria Deo, & ad Ecclesiam militantem labefactandam. Atque hæc de tertia Ecclesiæ triumphantis proprietate; quam diximus esse Hierarchicam. Nunc vltima proprietas explicanda, nempe Felicitas.

De visione beatifica.

m *Lege S. Th. 1.2. q.2. & 3.*

m Ex omnibus entibus non solent appel- 32
lari felicia, nisi ea, quæ intellectu prędita sūt, vt homines, Angeli, Deus. Putant autem omnes felicitatem esse bonum summum: quod qui assequitur, felix appellatur. Modus autem assequendi nullus melior, quàm qui fit per actum intellectus, cognoscendo, & contemplando bonum, quod habetur. immo qui eo modo careat, etiam si alium modum possidendi bonum habeat, nullo modo felix existimatur: vt si quis in pecuniæ copiam ingentem, aut in amplissima regna dominium

ha-

habeat, nec tamen habere se sciat, aut aduertat. Est autem modus possidendi per cognitionem intellectus omnium optimus ob eam rationem: quia actus intellectus est vita optima, & nobilissima, ipsi Deo simillima, qui est ens optimum: ideq; actus est expressa quædam representatio obiecti, quod cognoscitur; per quam ipsum obiectũ vitali modo coniungitur cum intellectu, & euadit vita ipsius, qui intelligit. eo modo non potest cogitari melior, quo cum aduertentia possiden
33 tis possideri bonum aliquod possit. Iam ex omnibus bonis, quæ possideri hoc modo possunt, nullum est maius Deo. habet enim Deus omnem rationem boni. *n* Cum autem Deus duobus modis cognosci possit, & abstractiuè ex eius effectis, vt nos in hac vita illum cognoscimus ex creaturis; & intuitiuè vt est, vt se ipse cognoscit: cognitio intuitiua est illa, quæ perfectissimæ felicitatis rationem habet. est enim vita diuinæ vitæ quamsimillima, explens propẽsionem nostri intellectus ad intelligendum, ac proinde secum summã delectationem adducens. Hac intuitiua Dei cognitione, quam visionem appellant, frui Angelos, & animas iustorum hominum in cælo docet Fidei Christianæ doctrina.
34 hanc esse possibilem suadet ratio. Nam ex parte Dei est summa bonitas, vis, scientia, vt possit eo modo se communicare per visionẽ beatam. *o* Ex parte intellectus nostri est aptitudo vt possit videre Deum. intelligit enim intellectus noster omne ens, etiam ipsum Deum, vt experimur ipsi: & quamuis ipse nõ sit

n *S. Th. 1. p. q. 12. a. 4.*

o *S. Th. 1. p. q. 12. a. 4. et 1. 2. q. 5. a. 1. & in Add. q. 92. a. 1.*

sit actus purus, vt Deus; percipit tamen non quidem cognitione intuitiua, sed negatiua, Deum esse actũ purum. ergo intellectus noster non habet repugnantiam ad videndum intuitiuè Deum, si Deus suppleat eius impotentiam. Impotens autem est intellectus noster ad videndum actum purum, cum ipse nõ sit actus purus. *p* effectus enim nõ potest esse perfectior sua causa. Visio autem actus puri est quidã effectus vitalis, qui non potest procedere nisi à principio vitæ, quod sit actus purus. Cum autem in ea visione sint duæ rationes, altera actus vitalis, altera repręsentationis expressæ actus puri: respectu vitalitatis potest ad eam visionem influere intellectus noster, qui est principium vitæ: respectu autem alterius rationis influit Deus. 35

p *Ex S.Th. 1.p.q.12.a 4. & 1.2.q. 5.a.5.*

De lumine gloriae.

36 Debet autẽ duobus modis influere Deus, & intellectus nostri impotentiam supplere. Habet enim intellectus noster duplicem impotentiam: alteram improportionis ad attingendum intuitiuè actum purum, quia, cum non sit ipse actus purus, non debetur eius naturæ proportio ad attingendum intuitiuè actum purum. alteram efficacitatis, qua est impotens ad producendum repręsentationem vitalem actus puri, cũ non sit ipse actus purus. *q* Improportionẽ supplet Deus producendo in intellectu nostro lumen gloriæ: quod est qualitas quædam supernaturalis, indebita nostræ naturæ, & inhærens in nostro intellectu, eumque reddens aptum ad visionem actus puri, & exigitiuum illius. vt lumẽ naturale intellectus, est ipsemet intellectus,

q *S.Th. 1.p. q.12.a.5.*

qua-

quatenus est aptus ad attingẽdum cognitione obiecta naturalia, & illius cognitionis exigitiuus. atque vt lumen naturale, qui est intellectus, influit in cognitionem naturaliũ efficiendo illam: ita putãdum est lumen gloriæ influere ad productionem visionis beatę.

37 Sed quia lumen gloriæ non est actus purus, nec repræsentatio actus puri vt est: restat altera impotentia supplenda, nõ quidem proportionis; quæ per lumen gloriæ suppleta est; sed efficacitatis complete ad producendam repræsentationem actus puri. quæ non potest ab alio suppleri, quam immediatè ab ipso actu puro Deo; quatenus se habet vt obiectũ, seu species repræsentatiua obiecti, & productiua repræsentationis expressæ, ac vitalis. Vt enim in cognitione naturalium obiectorum supplent species obiectorum impotentiam intellectus ad cognitionẽ illorum formandam: ita Deus supplet impotentiam intellectus, & luminis gloriæ ad visionẽ formandam actus puri. r Supplet autem se ipso, & non per speciem aliam vllam creatã: quia, cum sit intimus intellectui nostro magis, quam possit esse vlla species; perfectissimo modo se habet ad concurrendum per modum obiecti cum nostro intellectu ad formandam visionem actus puri.

r S Th. 1.p. q.12.a.2.et 4.et in Add. q.92.a.1.

38 Ex quo intelligitur nõ posse dari speciem impressam repræsentatiuã actus puri. * quia cum illa debeat se tenere ex parte obiecti, supplendo concursum illius, argueret aliquã imperfectionem in illo, hoc est, in actu puro; nempe imperfectionem tum efficacitatis,

Nõ dari speciẽ impressam Dei.

tis,

* *Vide alia infra dist.9. n.20,21.*

tis, cum detur aliquid ad supplendum efficientiam illius; tum immensitatis, cum detur aliquid ad supplendum præsentiam illius.

De ornamẽtis felicitatis aeternae.

s S.Th.1.2. q.3.a.4. & q.4.a.4.

Iam posita visione actus puri; quæ summa felicitas est: ornamenta, quæ illi conueniunt, quæque ab ea tanquam à fonte deriuantur, inuestigemus. Primum, quod à visione actus puri congruenti, connaturali, debita consecutione deriuatur, est *s* Amor erga summum bonum clarè visum. qui amor est omnino necessarius, trahens voluntatem & ad amandũ summum bonum, & ad ita amandum, vt diuerti nullo modo possit ex se ad amandum aliud bonũ, quod vllo modo diuertat à summo bono. cum enim summum bonum omnẽ boni rationẽ habeat: si omnis boni ratio clarè in eo videatur; omnis voluntatis propẽsio expletur, quam habet ad bonum: ac proinde nulla in ea relinquitur ratio ad illud deserẽdum. 39

t S.Th.1.2. q.4.a.1. & 2.

Ex hoc necessario amoris vinculo, quo voluntas cum summo bono colligatur, oriũtur bona duo. *t* alterum est Fruitio, seu delectatio de bono summo, quod per claram visionem possidetur. ad possessionem enim boni, præter dulcem illum sensum, quem ipsa possessio secum affert, si sit vitalis, vt accidit in visione actus puri; consequitur actus quidam in appetitu, quo appetitus in bono iam possesso conquiescit, qui actus delectatio nominatur. 40

u S.Th.1.2. q.5.a.4.

Alterum bonum, quod ex amore in Deum clarè visum oritur, est Perpetua visionis, seu felicitatis duratio. *u* Cum enim ex parte Dei, qui summe bonus, ac communica- 41

nicatiuus,& immutabilis est,nulla possit esse ratio,cur eius visio,quam semel nobis largitus est, vllo tempore cessare possit: causa vt ea desinat,posset esse ex parte nostra . nulla autem apparet alia, quæ possit ex parte nostra esse,causa,nisi peccatum, & inimicitia cũ Deo ; qua indigni reddamur tanto bono . at peccatum nullum potest à videntibus intuitiue Deum committi; cum in eo omnis boni ratio videatur,& habeatur: vt nulla mali,aut melioris boni species possit occurrere , quæ volũtatem allicere ad se possit ad Deum deserendum,ac proinde ad peccandum. est er-
42 go beatorum fœlicitas perpetua. Porrò Deo simillimis per visionẽ intuitiuam , & summa felicitate fruentibus , debita sunt ornamenta , & cõmoda omnia,quæ cogitari possunt naturæ intellectuali beatæ congruentia . Est autem congruens cognoscenti Deum intuitiue , & excellentiam habenti supra reliqua à Deo producta , cognitio rerum omniũ existentium . * habent ergo beati omnem entis * *Vide modum , apud*
43 à Deo creati scientiam. Congruit amanti *Scholasticos* Deum amore nunquam mutabili, & habenti *in 3. d. 14.* sanctitatem gratiæ semper durabilem, actio *& in S.Th.* sancta secundum omne virtutum genus: quã *1.p.q. 12.* congruit ex habitu procedere , cum operari ex habitu sit quid perfectius. habent ergo beati & perfectam prudẽtiam in intellectu , & perfectos habitus omnium virtutum mo-
44 ralium in voluntate . *x* Decet animum feli x *S.Th.1.2.* cem corpus felix,& bonis,quæ corpori con- *q.4.a.5.&* gruere possunt , ornatum . *6.*

Congruit autem corpori ratione animæ

iam·

De Beatorũ corporum dotibus.

immortalis immortalitas. *y* influit ergo anima eam dispositionem in corpus, qua possit corpus resistere omni passioni molestæ, & corruptiuæ. *z* Et quia animum felicem decet habere omnimodum dominium in suum corpus, ac ita illud regere, vt nullo modo per illud impediatur, quin pro sua voluntate moueri possit ad omnem locum: ideo cõgruit corpori subtilitas, idest, vis quædam ad penetrãdum omne aliud corpus sine suæ corpulentiæ diminutione: *a* congruit Agilitas, idest, vis ad mouendum se in quemcumque locum ea velocitate, qua voluerit animus moueri. Non decet autem in corpus gloriosum habere vllum aliud corpus potestatem illud penetrandi. *b* Ex quo colligitur corpus gloriosum, quia primas qualitates habet, & est corpulentum, esse quidem palpabile: in potestate tamen eius esse, vt per corpulentiam resistat corpori tangenti, atque ita palpetur; vel nõ resistat, atque ita non possit palpari. *c* Congruit corpori glorioso Claritas. corpora enim nobiliora sunt lucidiora: nullum autem magis nobile corpus glorioso; quod formam habet nobilissimam animam, eamque gloriosam. Dicendum tamen est in potestate animæ esse vt ea claritas ab oculo non beato videatur, vel non videatur. hoc enim cedit in maiorem animæ felicitatem.

45 46 47

y S. Th. in Add. q. 82. a. 1.
z S. Th. in Add. q. 83.
a S. Th. in Add. q. 84.
b S. Th. in Add. q. 83. a. 6.
c S. Th. in Add. q. 85.

De Aureolis.

48 *d* Congruunt aliqua ornamenta, quæ sint insignia quædam, & certa præmia actionum heroicarum ab ipso animo in mortali vita per corporis ministerium gestarũ. *e* in huius ge-

d S. Th. in Add. q. 96.

generis actionibus præcipuæ sunt, Virginitas perpetua, Martyrium, Prædicatio verbi Dei. Virginitate enim vincitur carnis concupiscẽtia, hostis infestissimus. Martyrio vincitur amor vitæ nobis carissimæ, & actus maximus exercetur charitatis erga Deum in eius veracitate tuenda cum vitæ discrimine. Prædicatione cum nostro labore supernaturalis Dei cognitio ministratur, quæ est fons salutis: qua actione cooperamur Deo in infusione fidei, ac luminũ, quibus vincitur mundus, & eius princeps. Debent ergo ad bonũ operum præmium respondere in animo non solum visio beatifica, quæ Corona aurea nominatur; sed etiam alia gaudia de his operibus, præter fruitionem beatam; *f* & in corpore insignia quædam; quæ gaudia, & insignia Coronas aureolas Theologi appellant.

e *S. Th. in Add. q. 96. a. 5. 6 7. 11.*

f *S. Th. supra a. 10.*

49 Et quia corpus animi vltimo fine fruentis, decet ipsum quoque frui vltima sui perfectione. vltima autem corporis perfectio sunt actus vitales potentiarum sensitiuarum. *g* Putandum ergo actus omnium sensuum, demptis imperfectionibus, esse in corpore beato perpetuos. inter visus obiecta, erũt iucundissima ipsorum beatorum corpora, in primis Christi Domini, & Virginis Deiparę.

De alijs Beatorũ cõmodis.

g *S. Th. in Add q. 82. a. 4.*

50 Iam ad felicitatis ornamenta spectant bona externa, & amicitiæ. Bona quidem externa beatis nulla desunt, cum ipsi sint omniũ domini, vt supra dictum est. Amicitias autem tot exercent, quot in cœlis beati sunt: omnes inter se simillimi gratia, lumine gloriæ, visio-

ne

ne beata, virtutibus infusis, moribus, ceteris bonis. & cõsuetudo, ac sermones inter ipsos suauissimi, mutui amoris excitaméta. magna sermonis pars erũt, quæ perpetuo per Christum supremis beatis reuelabuntur circa res possibiles, quę nõ vidẽtur à beatis in Verbo: quibus sermonibus exercetur amor supremorum erga inferiores, docendo; & inferiorum erga superiores vt erga magistros, discendo.

De poenis impiorum.

Ex his, quæ de Sanctorum felicitate dicta 51
sunt, facile colligere possumus quid contrario modo dicendum sit de æterna improborum miseria apud inferos, ad scripturarum doctrinam intelligẽdam. vt enim bona opera proborum pręmio compensanda, ita ma-
h *S.Th.1.p. q.48.a.5.*
la impiorum pœna punienda sunt. *h* Iniun- 52
gitur autem pœna tum ad puniendam turpitudinem operis voluntariam; vt qui voluntariè scelus admisit, aliquid inuoluntarium patiatur: tum ad compensandum iniuriam illatam ei, cõtra quam peccatur. Per quodcumque autem peccatum fit iniuria Deo, & eius volũtati; à qua est quæcumque lex, quæ peccando violatur. crescit autem iniuria ex dignitate personæ offensæ. Deus autem habet dignitatem infinitam: ergo peccatum affert secum iniuriam infinitam: ac proinde debetur ei pœna infinita, & inferens ei, quod peccauit, infinitum malum, cum is peccando læserit ex parte sua infinitum bonum. Ergo debetur ei, qui contra Deum peccauit, quæcũ-
i *S.Th.1.p. q.21.a.4. ad 1.*
que pœna. *i* Sed Deus punit citra condignũ 53
ob suam infinitam bonitatem. Itaque, cum

impij

impij mereātur mortem etiam naturalē animorum;relinquit Deus animos immortales.
54 Infert autem illis duplicem pœnam:alteram Damni,seu priuationis visionis Dei; quæ habet rationem mortis æternæ, quia priuat vita æterna nobilissima, idest, visione Dei, & gratia iustificante, quæ est radix huius vitę. Debetur autem omnibus impijs hæc pœna, quia peccando, in Dei inimicitiam volũtariè
55 inciderunt lædendo ius diuinum. Altera pœna,quam infert Deus, est pœna sensus. quæ triplex est:prima est *k* tristitia vehemens in animo de amissione vitæ æternæ, ac de alijs pœnis: quæ tristitia naturali sequela conse-
56 quitur ad præsentiam tanti damni. *l* Secũda est dolor,quem infert ignis ipsi animo: ignis autem cum sit materialis, eleuatur à Deo ad torquendum spiritus,qui sunt entia multò nobiliora;ad maiorem ipsorum pœnã,qui quatenus non subiecerunt se diuinæ voluntati, par est vt sint enti ignobiliori subiecti,& eius
57 serui seruitute pęnæ. Tertia est cruciatus,quē idē ignis,& alia molesta inferunt corporibus dãnatorum. *m* Cum autem sint animi immortales debentur eis corpora immortalia: & quia corporibus vsi sunt ad peccandum; debent etiam in corporibus torqueri. Habet autem ea pœna rationem mortis respectu corporum:quia priuationem affert secũ omnium actionum vitalium iucũdarum; & quia tenderet ad mortem corporibus inferēdam, nisi ipsa corpora virtute Dei conseruarentur in immortalitate illa infelicissima ad perseuerandum cum animis immortalibus.

k *S. Th. in Add. q. 98. a. 2. 8. 9.*

l *S. Th. in Add. q. 70. a. 3. & q. 97. a. 5. & 6.*

m *S. Th. in Add. q. 86.*

a S. Th. in Add. q. 99. a. 1.

n Est autem pœna sensus æterna: tum quia cum debeatur offendentibus Deum omnis pœna, debetur proinde mors naturalis, quæ esset æterna; cuius loco succedit pœna sensus: tum quia debetur pœna infinita; cuius loco succedit pœna finita, sed æterno tempore duratura. 58

DISTINCTIO SEXTA.

DE BONIS, ET MALIS OPERIBVS.

Siue De virtutibus, & vitijs; de meritis, & peccatis.

1 IN omni rectè conſtituta
Republica præmia videmus, & pœnas proponi: quibus ciues à malis operibus arceantur, excitentur ad rectam
2 actionem. Idem multò magis oportuit in regno Dei factitari: cuius Princeps eſt ipſe Deus, auctor omnis æquitatis. Propoſitũ eſt ergo rectè agentibus præmiũ, felicitas æterna; malè autem operãtibus pœna, ignis æternus. Conſideranda nobis ſunt in hac diſtinctione opera, tum ea quibus debetur vita æterna; tum ea, quæ ſunt perpetua miſeria compenſanda. Vt autem clarè omnia percipiantur, totam diſputationem in ſex capita diſtinguimus. Sex enim in quoque opere præcipuè conſideranda ſunt, nempè Principium, regula, ratio formalis, proprietates, effecta, genus.

De operum principio.

a Principium operum bonorũ ęterno pręmio dignorum, est tum voluntas hominis libera, tum gratia Dei. 3

De voluntatis libertate.

Voluntatẽ liberam appellamus, quæ proposito obiecto aliquo, nõ cogitur, aut necessariò mouetur ad illud prosequendum, aut fugiendũ: sed relinquitur indifferens, vt propendeat ad illud, volendo; vt ab illo auertatur, nolendo; vtque, quamuis ob euidentiam obiecti propositi, necessitetur ad actum vel assensus, vel dissensus, ipsa tamen relinquatur potens ad actum suspendendum, vt nec assensum, nec dissensum exerceat, si neutrum velit exercere. b Debuit autem voluntas nostra creari à Deo libera circa omnia bona creata. quia cum homo sit capax summi boni, quod habet omnem rationem boni; & voluntas tributa sit homini, tanquam manus, ad trahendum ad se, quæ sunt bona sibi; non debuit eius propensio arctari ad vllum bonum creatum. posset enim accidere, vt illud bonũ sit impeditiuum summi boni: atque ita ex acquisitione illius, amissio accideret summi boni. Præterea decuit voluntatem creari liberam; vt sit maior hominis similitudo cum Deo; & vt homo possit sibi vitam æternam mereri, quod est meliore titulo illam possidere. c Radix autem huius libertatis est intellectus: qui cum sit capax ad intelligendum veritatem cuiuscũque boni; proponit voluntati bona vt sunt, nempe Deum vt bonum summum, creaturas vt bona finita; neque vnum tantum boni genus proponit, sed multa, vt experimur. d Ex quo fit, vt

4

5

6

a S.Th.1.2. q.114. a.4.

b Leg. S.Th. 1.p.q.22.a. 4. & q. 82. a.2. et q.83. a.1.

c S.Th.1.p. q.59.a.3.

d S.Th.1.2. q.10.a.2.

vt liberum ſit voluntati ad hoc, vel illud bonum propēdere, vt dictum eſt. & cum in hac mortali vita non proponatur ab intellectu Deus vt eſt, ita, vt clarè cernatur in eo omnis ratio boni: inde fit, vt in hac vita voluntas

7 ſit etiam circa Deum libera. Hanc libertatē ipſi in nobis experimur omnes. hanc innuunt omnia tum præmia, tum pœnæ; tum laudes, tum vituperationes. ſentimus .n. omnes hæc non debere tribui, niſi agentibus liberè. hæc proinde ponenda in nobis, vt opera noſtra æterno vel præmio, vel pœna digna ſint.

8 *e* Vt autem voluntas actu hanc libertatem exerceat, eſt neceſſaria in intellectu aduertētia, ideſt, tanta cognitio obiecti, & circūſtantiarum quatenus conformium, vel difformium rationi; quantum ſatis ſit voluntati vt agat cum ſufficienti libertate, ideſt, vt ei tribui poſsit in culpam, vel laudem actus, quem format conformem, vel difformem rectæ rationi. e *S. Th. 1. 2. q. 6. a. 4. & q. 19. a. 6. et q. 76.*

9 Quare, cum in intellectu interuenit ignorantia alicuius obiecti, vel circūſtantiæ; cuius ignorantiæ non fuerit directè, vel indirectè cauſa ipſa voluntas: actus, qui non eſt conformis rectæ rationi ratione obiecti, vel circunſtantiæ, quam intellectus non aduertit, non poteſt vt ita difformis tribui voluntati. nihil enim poteſt eſſe volitum, quod non ſit cognitum. *De Ignorantia.*

10 Poteſt autem multis modis voluntas aliquid velle: *f* Directè, cum actu poſitiuo, & elicito vult. Indirectè, cum non vult actu poſitiuo; ſed tamen ita ſe habet, ac ſi vellet: *De multiplici voluntario.*

f S.Th.1.2. q.6.a.3. & q.77.a.7. quod accidit, cũ aliquid potest voluntas impedire, & non impedit. ad culpam autem nõ est satis potuisse impedire, sed requiritur etiam debuisse. si enim non debuit voluntas impedire, non peccauit respectu mali quod accidit. Potest etiã voluntas in aliquod obie- 11
ctum duobus modis ferri, nempe vel immediatè in ipsum; vel non expressè in ipsum, sed in causam illius. qui autem vult causam, vult proinde effectum illius causæ. Rursum 12
potest voluntas ferri in obiectum vel expressè, vel interpretatiuè. expressè fertur, cum actu positiuo aliquid vult; interpretatiuè, cum licet nõ exprimat actum circa illud, subintelligitur tamen ille actus in alio actu, quem exprimit. vt, cum aliqua lex non obseruatur superiore aduertente, interpretamur superioris consensum circa actum non obseruandi; & cum in aliquo casu interpretamur legislatorem voluisse tali, vel tali modo legem intelligi, licet eum casum in lege non expresserit. Quocunque modo voluntas ali 13
quid velit: vt ille volendi actus sit præmio, vel pœna dignus; necessarium est vt liberè à voluntate prodierit.

De Gratia.

14 Sed quia, vt actus sit dignus præmio supernaturali, quale est æterna Dei visio, quæ à Deo promittitur rectè agẽtibus; debet proportionem habere cum præmio, & supernaturalitatis ipse quoque particeps esse: ideo non est satis ad actus æterno præmio dignos nostra voluntas libera, g sed requiritur principium aliud supernaturale, nempè Gratia, idest, tum habitus iustificans animo infusus,

g S.Th.1.2. q.109. a.5.

tum

tum Dei auxilia intellectum, & voluntatem noſtram iuuantia ad operandum, vt in diſt. 2.
15 explicatum eſt. Debent ergo ad actus æterno præmio dignos duo ſimul principia concurrere, nempe tum humana voluntas libera, tum gratia Dei.

16 Cum autem Deo, ob ſummam ipſius perfectionem, nulla poſsit mutatio accidere, neque vllum perfectionis incrementum: neceſſarium eſt ponere, fuiſſe à Deo præuiſa, & à libera eius voluntate ab æterno decreta quæcunque euentura vnquam in tempore ſunt, non ſolum actiones neceſſarias, ſed etiã contingentes, & liberas, & dignas æterna vita, quas ipſe cum noſtra voluntate producit.

De ſcientia Dei circa poſſibilia liberè contingẽtia.

17 At qua ratione fieri poteſt, vt Deus ab æterno decreuerit actus noſtros liberos dignos præmio, & ſuam actionem ad illas: & tamen liberè illi à noſtra voluntate fiant, nec libertas noſtra lædatur à præuiſione æterna Dei, & actuali eius concurſu ad illos? *h* Ponendũ Deum habere intellectũ ſummè perfectum, habentem perſpicacitatem, & ſcientiam infinitam; quæ ſua infinitate extendit ſe ad omnia cognoſcibilia: vt omne intelligibile cognoſcatur actu ab æterno per intellectũ diuinum. Nulla autem eſt repugnantia, vt Deus ita penetret omnem voluntatẽ ab ipſo creabilem, vt ſua infinita ſagacitate pertingat ad quidquid illa liberè actura eſt poſitis his, vel illis circunſtantijs. actus enim voluntatis etiam quatenus liber eſt, ens quoddam eſt; ergo veritatem habens, & intelligibilitatem: ergo etiam in eſſe poſsibili poteſt intelligi.

h *Colligitur ex S. Thoma 1. p. q. 25. a. 5.*

ergo difficultas vt intelligatur ob indifferentiam principij, à quo procedit, potest superari ab intellectu, qui habeat perspicacitatem infinitam. Deus igitur ab æterno cognouit 18
quidquid volũtates creatæ erant liberè acturæ positis his, vel illis circũstantijs, ac proinde positis diuinis auxilijs tum sufficientibus, tum efficacibus.

De Gratia sufficiente, & efficaci.

Auxilia sufficientia dicuntur, quæ volũtatis natura considerata, & vi auxiliorum; verè potest voluntas ab illis adiuta exire in actũ, quem sine illis formare non poterat: sed tamen illis auxilijs positis nunquam exibit in 19
actum illum. Auxilia efficacia vocantur, 20
quæ licet relinquant volũtatem in sua libertate, quia non proponunt obiecta secundum omnem rationem boni clarè visam, neq; ita vt voluntas non possit aliam sibi rationē boni proponere, si ipsa velit: ita tamen alliciunt voluntatem, & ita opportuna obiecta proponunt; vt admodum difficile sit voluntati facere actum contrarium: aut suum assensum, vel dissensum suspendere. quamquam inter auxilia efficacia numerari etiam videntur ea, circa quæ facile est voluntati formare actum contrarium; non tamen formabit, neque suspendet actum: cumq; Deus præuiderit per suam infinitam scientiam quid factura sit voluntas circa illa, statuit ab æterno Deus ex sua bonitate illa voluntati tribuere.

Iam Deus ab æterno cognouit omnes homines creabiles tanquam pręsentes, & quidquid eorum voluntates liberè facturę erant, positis his, vel illis circunstantijs, & auxilijs 21
diui-

diuinis, & hoc, vel illo rerũ ordine. Cognouit secũdum hunc, vel illum rerum ordinem, qui bene, qui male operaturi essent, præsertim in vitæ fine. His omnibus ita perspectis,

De diuina Electione, Praedestinatione, Reprobatione.

22 quamquam volebat in omni rerum ordine, quem ipse elegisset vt existeret in tempore, omnes illius ordinis homines ęternam salutem consequi; ac proinde statuit omnibus auxilia ad salutem sufficientia præbere: ipsi tamen placuit ob rationes suæ bonitati, & sapientiæ congruentissimas, vnum hunc, quẽ videmus, rerum ordinem ex omnibus eligere; in quibus non omnes, sed aliqui salutem sunt cõsecuturi, quos ipse ab ęterno dilexit.

23 *i* Illud huius ordinis decretum, quod Deus ab æterno statuit, quatenus dicit actum, quo Deus hunc potius ordinem, quàm aliũ voluit ob salutem eorum, quos dilexit, Electio nominatur: *k* quatenus dicit Dei intentionem vt hi salutem consequerentur per bona opera cum ipsius auxilio facienda, Prędestinatio appellatur: quatenus includit negationem diuinę voluntatis ad eligendum alium ordinem rerum, in quo videbat per auxilia efficacia salutem cõsecuturos eos, qui nunc per auxilia sufficientia nõ consequuntur, *l* sed ob ipsorum culpam æterna pœna plectẽdi sunt,

24 Reprobatio vocatur. Atque in hoc facto nemo potest de Deo conqueri, *m* tum quia, cum ipse sit omniũ dominus, potest sua bona tribuere quibus vult: tum quia vita æterna, & clara Dei visio nemini naturaliter debetur: tum quia nemini Deus negat auxilia ad illam acquirendam sufficientia; tum quia

i *S. Th. 1. p. q. 23. a. 4.*

k *S. Th. 1. p. q. 23. a. 5.*

l *S. Th. 1. p. q. 23. a. 3. ad 1. & 2. & 3.*

m *S. Th. 1. p. q. 23. a. 5. ad 3.*

Deus neminem damnat, nisi ipse sibi damnationem commeruerit malis operibus, non necessario, sed liberè patratis. Nemo ex con- 25
sideratione æterni decreti à Deo facti potest rationabiliter in bene operando torpere: tum quia certò scit se auxilia sufficientia habere ad bene operandum: tum quia, cum neutra pars ipsi certa sit, magis suo bono consentaneum est, & magis honestum, putare se habere etiam auxilia efficacia, & esse vnum è predestinatis. Maneat igitur bonorum operum æternæ vitæ præmio dignorum duplex esse debere principium, liberam nostram voluntatem, & gratiam Dei.

De Regula bonorum operum.

Videamus nunc quæ sit Regula, cui ea 26
opera debent conformari, vt æterno præmio sint digna. Triplex omnino regula est: Recta ratio, Dei voluntas, humana lex

De recta ratione.

n S.Th. 1.2. q.9. a.1. & q. 19. a. 3. & 5.

n Recta ratio est vis illa, qua, vt videmus 27
experientia, noster intellectus cognoscit id, quod est bonum homini vt homo est, nempe animal intellectuale. quia ergo voluntas est appetitus intellectiuus tributus homini ad apprehendẽdum borũ homini vt homo est; neque potest tale bonum apprehendere nisi cognoscat; cognoscitur autem tale bonũ ab intellectu: ideo voluntas vt benè operetur circa suum bonum, debet se cum ratione recta conformare. & quia cæteræ regulæ non possunt à voluntate cognosci, vt se illis conformet, nisi ei proponantur ab intellectu: inde fit vt etiam in vsu aliarum regularũ semper à voluntate sit rationis rectæ regula spectanda.

Re-

28 Regula etiam humanę voluntatis est voluntas diuina. *o* tum quia idem est obiectum humanæ voluntatis, ac diuinæ, nempe summum bonum : voluntas autem diuina nō potest errare : ergo huic se debet conformare humana voluntas, vt non erret. tum quia humana voluntas est effectus quidam voluntatis diuinæ : effectus autem debet assimilari, quantum fieri potest, suo efficienti. tum quia humana voluntas secundum suam essentiam est serua voluntatis diuinæ, quippe à qua pēdet in esse, & operari, & ad quam ordinatur vt ad vltimum finem : serui autem vt seruus est, regula in operando est voluntas sui Domini. tum quia voluntas humana, vt & quælibet creatura, habet se vt pars tum respectu voluntatis diuinæ, ac Dei, qui est omne bonum, & causa vniuersalis omnium; tū respectu vniuersitatis, quam regit Deus sua voluntate: at partis, vt pars est, finis est non solum bonum proprium, sed simul etiam bonū sui totius: ergo voluntatis humanæ finis, cū operatur, est simul cum bono proprio voluntas Dei, quæ summum, ac vniuersale bonum est : Finis autem est regula respectu eorum, quæ ordinantur ad ipsum. Regula igitur humanæ voluntatis est voluntas Dei. *De diuina voluntate.* *o S. Th. 1. p. q. 63. a. 1. et 1. 2. q. 19. a. 9.*

29 Est etiam regula lex humana. *p* Est autē lex humana, Rectum decretum rationis, cōuenienter legi naturali, & æternæ, per ratiocinationem aliquam probabilem ab habente publicam auctoritatem sancitum, pręscribēs aliquid, quod sit à subditis necessario seruādum, propter commune bonum. Huic legi *De lege humana.* *p S. Th. 1. 2. q. 90. Lege q. 95. 96. 97.*

debet

debet se humana voluntas conformare. Quoniam singuli homines, cum non habeant in se omnem perfectionem, habent se vt partes respectu communitatis. ergo singuli, præter bonum proprium, debent quærere bonũ totius. Ratio autem dirigens voluntates singulorum ad bonum totius, est in primis ratio eius, cuius est totum, seu communitatem regere. ergo voluntatis singulorum regula est ratio gubernantis communitatem, hoc est, lex. Præterea lex humana deriuatur à lege æterna, & à lege naturali, vt in definitione legis humanæ dictum est: q lex autẽ æterna, idest, ratio, & voluntas diuina; & lex naturalis, idest, recta ratio; sunt regula voluntatis humanę, vt supra probatum est. ergo etiã lex humana, quæ ab illis deriuatur, est regula voluntatis humanæ.

q Lege S. Thom. 1.2. q.93. et 94.

De ratione formali operũ.

30 Ex his facile est intelligere quæ sit Ratio formalis operum tum bonorum, tum malorum à voluntate libera volitorum; idest, quæ sit ratio tum bonitatis, tum malitiæ; seu radix in liberis operibus dignitatis siue ad præmium, siue ad pœnam.

De morali Bonitate, ac Malitia.

r Bonitas enim operum nihil aliud videtur esse, quàm eorum conformitas cum recta ratione: contra Malitia, difformitas à recta ratione; quæ est immediata regula voluntatis humanæ. nã posita ea conformitate, opera libera digna putantur laude, ac præmio; ea conformitate remota, digna existimantur vituperatione, ac pœna. s Difformitas autem nihil aliud videtur esse, quàm priuatio, seu negatio conformitatis, quam debent habere 31

r S.Th. 1,2. q.21. a.1.

s Ex S.Th. 1.p. q.48. a.1. et 1.2. q.78. a.1.

ope-

opera, quæ fiunt à libera voluntate cum aduertentia rationis. Conformitas autem est adæquata quædam similitudo, quam habet opus liberum cum recta cognitione rationis.

32 *t* Cum autem semper contingat, vt omne opus, quod fit, præter suum esse, seu substantiam, habeat & causam efficientem, à qua fit; *u* & finem, ob quam fit; & tempus, & locum, & modum; & interdum alias circũstantias: inde fit, vt si qua ex his circunstantijs non sit rectæ rationi conformis; opus ipsum difforme censeatur, ac malum, si eam circunstantiã ratio aduertit, aut aduertere debebat: & malitia imputatur voluntati. cum enim existentia operis non possit abstrahere à circũstantijs, vt dictum est: voluntas, quæ operis existentiam vult, omnes etiam illius circũstantias censetur velle. Ex quo intelligitur posse

33 contingere vt in vno opere plures sint rationes malitiæ; nempe si plures sint circunstantiæ, quæ non habent conformitatem cum recta ratione.

De circũstantiis.

t *S.Th.* 1.2. *q.* 7. *a.* 3. & *q.* 18. *a.* 3. & 10.

u *S.Th.* 1.2. *q.* 1. *a.* 1. & 2.

34 *x* Intelligimus etiã cur opera nostra mala, etiam si ad illorum existentiam cõcurrat nobiscum Deus vniuersali concursu causæ primæ, non sint mala respectu Dei, & eius voluntatis: nempe quia opera illa, quatenus à Deo sunt, conformia sunt rationi diuinę; quę cognoscit ipsum Deum debere concurrere cum omnibus actionibus creaturarũ ob bonum vniuersi, nec debere impedire causas liberè agentes, subtrahendo ab illis concursum suum.

Deum nõ cõcurrere ad formale peccati.

x *S.Th.* 1. *p.* *q.* 19. *a.* 9. *et* *q.* 49. *a.* 2.

Iam

De operum proprietatibus, et effectis.

Iam operum bonorum, & malorum pro- 35
prietates, & effecta percurramus. *y* Prima proprietas, quæ ex operis bonitate, seu honestate liberè volita oritur; aut ex malitia, seu turpitudine; est laudabilitas, aut vituperabilitas.

y S. Th. 1. 2. q. 21. a. 2.

De laude, ac vituperatione.

Est autem laudabilitas aptitudo vt opus approbetur, vt excellentem perfectionem habens liberè volitam ab agẽte illud. Habet 36
autem omne opus conforme rectæ rationi libere volitum, excellentiam: quia est arduum, seu difficultatem habẽs. est enim nobis difficile in quocũque opere, etiam minimo, operari secundum omnes circũstantias iuxta regulam rectæ rationis. est ergo laude dignũ.
Contra verò opus malum liberum est vitu- 37
peratione dignum, idest, cognitione reprobante illud: quia ex culpa agentis illud; non habet conformitatem cum recta ratione.
Sunt autem laudabiles etiam perfectiones 38
excellentes, quæ non sunt libere volitæ, seu non sunt perfectiones agentis libere, idest, proficiscentes à voluntate vt libera est. ita laudatur Deus vt trinus, vt omnipotens, vt infinitè bonus. Sed laudabilitas operum bonorum, de quibus nunc agimus, dicit rationem ardui libere volitam, vt explicatum est.

De valore.

Altera operum bonorum proprietas est 39
Valor, seu Pretium. Valorem accipimus pro perfectione operis, quatenus dicit aptitudinem vt alio bono compensetur. ita dicimus nummum aureum tantum valorem habere, puta decem nummorum argenteorum; quia decem nummis argenteis est compensabile.

Porrò

40 Porrò operibus bonis valorem tribuunt, non ſolum principale obiectum, ſed etiam reliquæ circunſtantiæ. Vna autem ex circunſtantijs eſt Agens. quare quò perſona operãs eſt dignior, eo maior eſt valor operis, cęteris paribus. ita ſecũdum omnium æſtimationem maiorem valorem habet ad ſatisfaciendum pro iniurijs illatis homini Principi, opus à Principe exhibitũ, quàm ab homine vulgari. Ob id opera Chriſti vt hominis habebãt valorem infinitum; quia Chriſti perſona Verbũ
41 diuinum erat infinitæ dignitatis. Ratio autẽ huius videtur ea eſſe: quia actio, ſeu opus propter dependentiam, quam habet à ſuo agente, includit in ſua ratione perſonã agentem, vt terminum, à quo dependet; & facit quaſi vnum cum illo: ac proinde includit in ſua ratione, ac perfectione perfectionem perſonæ agentis. Poteſt autem dignitas perſonæ duobus modis habere influxũ ad opus, nempe vel phyſicè, vel moraliter. phyſicè influit, quatenus vel efficit immediatè actionem; vt dignitas trium perſonarum diuinarũ influit in omnia opera Dei ad extra: vel efficit mediatè, quatenus ſuſtentat naturã, à qua immediatè actio efficitur; vt dignitas diuini Verbi influit in actiones humanas Chriſti per naturam humanam, quam terminat, &
42 ſuſtentat. Habet dignitas perſonæ influxum moralem ad opus, quatenus opus, quod ab ea perſona fit, eſt ex ſe eiuſdem ordinis, aut dignitatis cũ dignitate perſonę agentis illud; aut ab ea perſona ordinatur ad finem eiuſdẽ dignitatis. Hic influxus dicitur influxus efficientis:

cientis:

cientis: quia quod aliquis vult, & procurat vt fiat, censetur causa efficiés illud, licet illud physicè non efficiat. dicitur moralis, quia nō est influxus physicus respectu dignitatis, quę est in persona, sed tantum dependet ab illa dignitate quatenus est volitus. Dicitur autē dependere moraliter non solum à persona, sed etiam à dignitate personæ: quia cum sit eiusdem rationis cum dignitate personæ; cum sit ab illa volitus; censetur dependere ab illa vt dignitatē habente. res erit clara exemplis. Homo iustus, ex gratia in animo infusa habet dignitatem quādam supernaturalem, & Dei filiationem adoptiuam: gratia autem, seu hęc dignitas non habet influxum physicum (nisi influant habitus infusi) in opera hominis iusti; quia gratia non habet rationē neque efficientis, neque sustentantis, sed tantū dignificantis. iam opera, quæ facit homo iustus, aut sunt moralia tantum, & in genere naturæ; aut supernaturalia: si supernaturalia sunt, censentur habere moralem dependentiam à gratia iustificante, seu à persona vt dignitatem supernaturalem habente: si verò sint tantum moralia, cum non sint eiusdem ordinis cum gratia iustificante, non censentur habere moralem dependentiam à dignitate personæ, nec esse volita à persona vt iusta est; nisi ordinentur ad finem supernaturalem; per quē ordinem accipiunt opera extrinsecè rationē supernaturalitatis, & habent fundamentum vt censeantur dependere à persona vt dignitatem supernaturalem habente. Ita accidit in Principe, qui velit alteri Principi satisfacere

facere

facere pro omnia ab homine r.. ico accepta: si enim Princeps opus satisfactorium operans, non efficiat illud ad satisfaciendum alteri Principi; non censetur eius dignitas habere influxum moralem ad opus illud, nec dare illi operi valorem ad satisfaciendum. quia cum dignitas personæ non habeat influxum physicum ad opus illud; necessarium est vt applicet suum influxum moralem: applicatur autem per voluntatem satisfaciendi. Ex his intelligitur, valorem in operibus bonis dependere non solum à principali obiecto, sed etiam ab alijs circunstantijs, præsertim à dignitate personæ agentis.

De Merito.

43 Tertia operum bonorum proprietas est Meritum. z Est autem Meritum, ipse operis valor, quatenus respectu alicuius boni, non solum habet aptitudinem, vt per illud compensetur; sed etiam respicit illud, vt sibi debitum. Debitum autem, aliud secundum iustitiam, vt cum intercedit pactum, siue promissio dandi pro opere bono aliud bonum. Aliud debitum est secundum decentiam; cū debetur operi bonum aliquod in compensationem, & præmium, non ex obligatione iustitiæ, sed ex quadam congruitate. Iam omnia opera bona iustorum, vt iusti sunt, habent rationem meriti respectu bonorum supernaturalium, vt sunt gratia, & visio clara Dei. Nam operibus bonis, quæ fiunt à ciuibus in quauis Republica, debetur præmium ex bonis ipsius Reipublicæ. Bonum enim totius cōmunicatur partibus, quatenus illæ partes sunt partes totius: sunt autem partes qua e-

(margin numbers: 44 beside "tum. Debitum autem, aliud secundum iusti-"; 45 beside "Aliud debitum est secundum decentiam"; 46 beside "stitiæ, sed ex quadam congruitate")

z *S. Th.* 1. 2. q. 21. a. 3. et 4. *Leg.* q. 114.

nus in bonum totius cedunt; & bono totius vtiles sunt: opera autem bona ciuium, sunt ipsius Reip. bona: ergo debet Resp. habere influxum vtilem ciuibus vt vtilibus sibi. Ita se habent opera supernaturalia iustorum respectu supernaturalium bonorum Dei. Quare in compensationem eorum operum debentur bona supernaturalia.

De Satisfactione, & Impetratione.

Ad compensationem autem spectat etiam remissio pœnæ debitæ peccatis, quatenus ea pœna impedit acquisitionem bonorum.
Porro si bonum aliquod, aut pœnæ remissio 47
promissa à Deo sint bonũ aliquod opus operanti: tunc bonum illud opus respectu boni promissi habet rationem meriti stricte sumpti, nempe Meriti de condigno; & respectu remissionis pœnæ habet rationem satisfactionis. Respectu autem boni, & remissionis pœnæ non promissæ, habet rationem meriti de congruo, & Impetrationis. Hinc fit vt 48
quodcunque opus bonum iustorum vt iusti sunt, habeat triplicem proprietatem, seu respectum ad bona Dei; nempe, Meriti, Satisfactionis, Impetrationis. Satisfactorium autẽ 49
est opus, quatenus habet rationem aliquam pœnalitatis, seu difficultatis, & arduitatis: quia decet tale opus remissione pœnæ debitæ compensari.

De reatu poenae.

a In malo autem opere proprietas Meri- 50
to respondens, est reatus pœnæ, idest, debitũ quoddam, & exigentia, vt malum opus malo aliquo, idest, pœna compensetur. Habet autem malum opus hoc debitum; quia per malum opus illatum est malum bono cómuni,

a Vid. alia in S. Tho. 1.2.q.87.

ni,

ni, & facta est iniuria Deo. illud malũ, & hæc iniuria debent compẽsari. est autem illatum malum bono communi, idest, bonis Dei, quatenus per malum opus illata est priuatio rectitudinis, & conformitatis cũ recta ratione, & cum diuina voluntate; & negatio diui-
51 næ gloriæ, quæ cõsequitur ad opus bonũ. est facta iniuria Deo, quatenus ex parte malè operantis contra diuinam voluntatem, ablatum est à Deo ius, quod habet in omnes creaturarum actiones vt eæ iuxta diuinam volũtatem fiant. quæ iniuria est infinita, quia quãtum est ex parte male operãtis aufert à Deo ius infinitum, nempe diuinam voluntatẽ infinitæ auctoritatis Atque malum bono communi illatum, & iniuria Deo facta, sunt duo ex effectis, quæ ex operibus malis procedũt.
52 Sunt & alij effectus ab operibus tum bonis, tum malis promanantes, nempe Præmium, & Pœna; Habitus tum boni, qui virtutes; tũ mali, qui vitia nominantur.

Præmium duplex, Gratia, & Gloria. Gratiæ præmium statim bene operanti tribuitur post opus meritorium: estque Amicitia cum Deo, & ius ad Dei visionem. cum gratiæ autem infusione simul tribuuntur omnes virtutes, quas decet virum iustum habere ad bene operandum vt filium Dei: tribuuntur etiam auxilia peculiaria ad bene operandum necessaria. Gloriam, id est, æternam Dei visionem non nisi post exactam huius vitæ militiam consequimur. *De Praemio.*

53 Duplex etiam pœna respondet operibus malis, nempe Pœna damni: quæ est priuatio *De Poena.*

gratiæ, & amicitiæ cum Deo, ac iuris ad eius visionem quæ damnum appellatur, tum quia maximum damnum est male operanti; tum quia infertur ad compensandum damnum, quod à male operãte illatum est bonis Dei. Altera est pęna sensus, qui est ignis æternus: de qua in 5 dist. dictum est. & quamquam ignis æternus in alteram vitam impijs reseruatur: multæ tamen pęnæ pro peccatis etiam in hac vita inferuntur; vt solent esse bella, fames, pestis, morbi alij, persecutiones, permissio aliorum peccatorum, & similia.

De Habitibus.

b S. Th. 1.2. q. 50. et 51.

54 *b* Habitus, sunt qualitates quædam, quæ in potentijs vitalibus producuntur per frequentationem actuum: quæ facilitatem præbent potẽtijs ad actus eiusdem generis producendos. Id ita se habere docet experiẽtia. experimur enim post actus frequentatos facilitatem ad eosdem actus formandos: quam ante illorum actuum frequentationem non experiebamur. id accidere non posset, nisi quid relictum sit in potentijs post actus frequentatos. id, quod relictum est, habitum appellamus. cuius causam efficientem colligimus esse actus, post quorum frequentationẽ 55 habitus existit. *c* quamquam causa efficiens habitus supernaturales, qui ad actus supernaturales consequũtur; non potest esse vllus actus neque supernaturalis, sed solus Deus, qui habitus illos infundit ad gratiam iustificantem comitandum, vt sunt virtutes, quæ infunduntur simul cum gratia; aut ad præmium actuum bonorum, vt est ipsius gratiæ augmentum. ratio autem, cur actus, neque su- 56

c S. Th. 1.2. q. 51. a. 4.

per-

pernaturales, producere habitum supernaturalem non possunt, ea est: quia habitus debet educi è potentia subiecti, in quo producitur: subiectum autem, idest, animi potentiæ, cum sint entia naturalia, non habent potẽtiam vllam, vt ex ea supernaturalis habitus educi possit; nisi potentiam obediẽtialem respectu Dei. solus ergo Deus habitus supernaturales
57 infundit. Ex quibus intelligitur duplex esse genus Habituum; naturalium, & infusorum.

Habitus porrò virtutum infusarum sunt quasi potentiæ quædam tributæ gratiæ iustificanti, exigentes diuinum concursum, vt homo Deo gratus possit efficere opera supernaturalia, qualia decent hominem filiũ Dei, hæredem cæli. vt ergo naturæ humanæ tributę sunt potentiæ ad operandum opera naturalia: ita decuit tribui Gratiæ habitus infusos, quasi potentias quasdam ad opera vitæ supernaturalis, exigentes specialem Dei concursum ad opera illa, supplentem impotentiam habituum, vt supra dictum est. Sunt autem varia tum naturalium, tum infusorũ habituum genera; pro varietate actuum, à quibus emanant, & ad quos producendos ordinantur. *De Habitibus infusis.*

58 Videamus ergo quæ sint operum tum bonorum, tum malorum genera. Cum autem actus dicant ordinem & ad potentias, à quibus producuntur; & ad obiecta, à quibus specificantur: vniuersalia genera actuum sumenda sunt à potẽtijs; specialia vero ab obiectis. *De operum bonorũ generibus.*

59 Potentiæ autem in homine aliæ vegetatiuæ, vt est vis nutritiua, & generatiua: aliæ

motiuæ, quæ pendent à sensitiuis, vt sunt vires motum localem facientes in membris: aliæ sensitiuæ, vt sunt quinque sensus externi, Imaginatiua, & Appetitus: aliæ rationa-
a *S.Th.* 1.2. les, Intellectus, & voluntas. *a* Operum bo- 60
q.24.a.1. norum tot sunt genera ad potentias vegetatiuas spectantium, quot sunt earum actus rationi conformes, ac voliti aliqua ratione à volũtate: ijdemque sunt genera operum malorum, si à voluntate voliti ratione conformes non sint. Idem dicẽdum de operum bonorum, & malorũ generibus à motiuis, sensitiuis, rationalibus potentijs pendentium.
Porrò Imaginatiuæ duo sunt actus, Imagina- 61
tio, & Memoria. Memoria, est imaginatio rerum præteritarum.

De Passionibus animi.

b Appetitus autẽ sensitiui actus vndecim 62
sunt: Amor, Odium, Concupiscentia, Abominatio, Delectatio, Tristitia, seu Dolor, Spes, Desperatio, Audacia, Timor, Ira. *c* Amor, est
b *S.Th.* 1.2. actualis quædam propensio appetitus in bo-
q.22. et 25. num absolute æstimatum tanquam cõueniẽs.
c *S.Th.* 1.2. *d* Odium, est vitalis quędam appetitus disso- 63
q.26. nantia, seu auersio, seu fuga ab eo, quod ma-
d *S.Th.* 1.2. lum æstimatur. *e* Concupiscentia, est appeti- 64
q.29.a.1. tus boni nondum obtenti, vt obtineatur: quæ
e *S.Th.* 1.2. alio nomine dicitur Desiderium. Abomina- 65
q.30 a.2. tio est actus concupiscentię contrarius, nẽpe Fuga mali nõdum præsentis, ne præsens fiat.
f *S.Th.* 1.2. *f* Delectatio, est amor, seu propensio in bonũ 66
q.31.a.1. vt præsens, & iam obtentum. *g* Dolor, seu 67
g *S.Th.* 1.2. Tristitia est actus vitalis, per quẽ appetitus
q.35.a.1. et 2. sensitiuus cum quadam perturbatione, & inquietudine execratur malum iam præsens, siue

siue secundum rem sit præsens, siue secũdum apprehensionem. *h* Tristitia ratione variorũ cõnotatorum septem habet species, seu quasi h S.Th.1.2. q.35.a.8.
68 species. Prima est Misericordia, quæ est Tristitia de malo alieno æstimato vt proprio.
69 Secunda Inuidia, Tristitia de bono alieno æstimato vt malo proprio, quatenus per bonum alienum apprehendimus nos ab altero
70 superari. Tertia Nemesis, Tristitia de bono temporali alieno, quatenus iudicamus alte-
71 rum esse illo indignum. Quarta zelus, Tristitia de bono alieno, quatenus nobis illud
72 deest. Quinta Angustia, seu Anxietas, Tristitia sic aggrauans animum, vt nullum effu-
73 gium superesse videatur. Sexta Acedia, quæ ita aggrauat, vt etiam membrorum vsum
74 prohibeat, & afferat torporem. Septima Pœ-
75 nitentia, Tristitia de malo præterito. *i* Spes, est appetitio boni futuri ardui, possibilis ad i S.Th.1.2. q.40.a.1.
76 obtinendum. k Desperatio, est motus quidã, quo appetitus quasi victus difficultate adipiscendi boni, refugit ab illo æstimato vt im- k S.Th.1.2. q.40.a.4.
77 possibili. *l* Audacia, est tendentia vitalis in bonum difficile ad obtinendũ vt obtineatur. Fertur motus audaciæ in executionem mediorum, vt obtineatur bonũ, quod speratur. l S.Th.1.2. q.45.a.1. et 2.
78 *m* Timor, est actus Audaciæ contrarius, quo horret appetitus periculum imminens mali. seu est Fuga vitalis à malo, quod imminet, ne accidat. Spectat ad obiectum timoris malũ futurum, connotans executionem dubiã mediorum, quæ illud inferunt. *n* Sunt autẽ Ti- m S.Th.1.2. q.41.a.2.
79 moris sex quasi species. Prima Segnities, quæ est timor laboris vires excedentis; quo quis n S.Th.1.2. q.41.a.4.

retardatur ab opere. Secunda Erubescentia, 80
quæ est timor iacturæ existimationis bonæ
ob turpe opus iam gestum. Tertia Verecun- 81
dia, timor iacturæ existimationis bonæ pro-
pter malum opus futurum, quod quis statuit
patrare. Quarta Admiratio, Timor magni 82
mali, cuius non possit exitus reperiri. Quinta 83
Stupor, timor mali, quod propter nouitatem,
& inexperientiam ingens videatur. Sexta 84
Agonia, Timor mali, cui ipse timens nullo
modo posit occurrere. Harum autem spe- 85
cierum nomina solent interdum in alia signi-
ficatione accipi. vt Admiratio solet sumi pro
consideratione alicuius effectus, cuius cau-
sam quis nesciat, & scire cupiat. Vltimus 86
appetitus sensitiui actus est Ira. *o* Est autem
Ira appetitio reddendi malum ei, quod ma-
lum infert. *p* Hi vndecim actus Passiones ap- 87
pellari solent: quia cum fiunt, cōtingit simul
fieri mutationem aliquam in corpore, præ-
sertim in corde; qua mutatione perturbatur
naturalis status corporis: perturbari autem
cum deperditione alicuius sibi conuenietis,
est Pati: quare actus illi, quia causæ sunt per-
turbationis, & passionis, Passionum, & per-
turbationum nomen acceperunt. Efficiūt au- 88
tem hi actus varios effectus; habentque cau-
sas ipsos excitantes; ac frenantes: de quibus
à nobis *q* in Ethicæ summa dictum est;
dicetur etiam *r* infra quantum ad sacra-
rum scripturarum intelligentiam satis vide-
bitur. Nunc Intellectiuæ potentiæ opera 89
numeremus.

o *S. Th.* 1.2. q.46.a.1. *et* 2.

p *S. Th.* 1.2. q.22.a.1.

q *Disput.* 3. q.1.p.2.

r *Dist.* 12. *et* 13.

Possunt autem illa pro varia ratione, ac

re-

De actibus intellectus, & voluntatis.

respectu varijs modis numerari. Primum cōsiderari possunt actus intellectus secundum entitatem suam sine vllo respectu. atque ita tria sunt eorũ genera, Simplex apprehensio,
90 Iudicium, Discursus. Simplex apprehensio, est cognitio nihil affirmans, nihil negans; vt est cognitio horũ obiectorum, Deus, Homo, Primum rerum omnium principium, Animal rationale. Est autem ea cognitio duplex, altera confusa, vt Homo; altera distinctior, vt Animal rationale, qua distinctius cognoscitur
91 tur obiectum. Secundum genus appellatur iudicium: qua cognitione aliquid vel affirmamus, vel negamus de alio; vt cũ dicimus, Deus est primum principium rerum omniũ, Homo est animal rationale, Homo non est leo; affirmamus de Deo perfectionem primi principij, de homine rationem animalis rationalis, negamus de homine rationem leonis. ex quo intelligimus iudicium, aliud esse
92 affirmatiuum, aliud negatiuum. Tertius actus est Discursus: qui est iudicium ex alio iudicio deductum; vt Petrus est Homo, ergo Petrus est animal. deducitur hoc iudicium affirmatiuum, Petrus est animal, ex alio iudicio, seu cognitione, quæ de Petro habetur, quod sit homo: homo enim est animal quod-
93 dam. Deinde considerari possunt actus intellectus cum respectu cōformitatis, vel difformitatis ad obiectum. atque ita iudicium duplex est, alterum verum, quod conformitatem habet cum obiecto; vt Homo est animal rationale. alterum falsum, quod habet difformitatem cum suo obiecto; vt, Homo

est leo. Tertio iudicia intellectus habent re- 94
spectum ad motiuum, quod mouet intelle-
ctum ad assensum, vel dissensum, seu ad af-
firmandum aliquid, vel negandum. Motiuum
autem aut est certum, aut dubium; aut cla-
rum, aut obscurum; aut intrinsecum, idest,
connexionem habens cum obiecto, de quo
aliquid affirmamus, vt est eius causa, vel effe
ctus, aut extrinsecum, vt est auctoritas ali-
s Vide S. quid affirmantis, vel negantis. s Secundum
Thom. 1.2. hos varios ad motiuum respectus, varia sunt
q. 57. & Iudiciorum genera. Scientia, cum motiuum 95
Arist. 6. est certum, clarum, & intrinsecum. Opinio, 96
Eth. cum motiuum est intrinsecum, sed dubium.
Fides, cum motiuum est extrinsecum, & au- 97
ctoritas dicentis. Quartò actus intellectus 98
respiciunt veritatem suorum obiectorum,
vel absolutè, sistendo in ipsa veritate; vel vt
ea veritas tendat ad praxim, & executioni
mandetur. ita alia iudicia sunt speculatiua,
alia practica. Iudiciorum speculatiuorum 99
certorum, & euidentium triplex est genus.
Primum dicitur Intellectus: quod accipit
nomen ab ipsa potentia, nempe intellectu:
estq; actus euidens ex ipsis terminis, cogno-
scens clarè obiecti veritatem sine vllo moti-
uo; versaturque circa prima principia lumi-
ne naturali nota: vt est hic actus, Totum est
maius sua parte. estque aliud omnino specu-
latiuum, vt Totum est maius sua parte:
t S. Th. 1. p. t aliud licet non sit omnino practicum, ha- 100
q. 79. a. 12. bet tamen respectum ad praxim, & actio-
nem, vt est hoc: Quod tibi non vis, alteri
ne feceris; atque hoc Synderesis appellatur.

Se-

101 Secundum Iudiciorum ſpeculatiuorum, & euidentium genus vocatur Sapientia; cum obiectũ, circa quod iudicia verſantur, ſunt
102 nobiliſſima. Tertium Scientia nominatur, cum obiecta non ſunt ita nobilia, vt obiecta Sapientiæ; habet tamen motiuum certum, & intrinſecum ad aliquid affirmandũ,
103 vel negandum, vt & ſapientia. Iam iudicia practica circa praxim verſantur, ideſt, circa opus vt agibile à nobis. homo autem in operibus, quæ facit, regulatur à ratione. ratio autem pro varietate circunſtantiarum, præſertim finis, modò vno, modò alio modo dictat opus eſſe faciendum. Praxis ergo, & opus non ſemper eodem modo ſe habet. inde fit vt iudicia practica tunc ſint vera cum conformantur obiecto practico, ſeu operi, ſecundum eam operis formam, quæ à ratione recta præſcribitur; tunc ſint certa, cum habent certam rationem, licet à parte rei nō ita res ſe habeat vt ratio dictat. ratio autem tūc eſt certa, & recta, & bene dictat, cum ſibi proponit debitum finem, nec ſinit
104 ſe trahi ab appetitu non recto. Iudiciorum certa cum ratione practicorum alia ſunt actiua, alia factiua. Actiua ſunt, quæ verſantur circa illa opera, quas Actiones Philoſophi morales appellant. appellant autem Actiones ea opera, quæ ſpectãt ad bonum hominis vt homo eſt. eſt autem bonum hominis vt homo eſt, quod eſt conſentaneum homini vt agenti per voluntatẽ cum aduertentia rationis; vt ſunt opera virtutum moralium, vt Iuſtitiæ, Fortitudinis, Temperan-

tiæ.

tiæ. Iudicia factiua sunt, quæ circa opera ad 105
quodcunque aliud hominis bonum, quod bono, seu honesto morali est inferius, spectantia, versantur; quod honestum naturale vocari solet: vt sunt opera artium, vt ædificatoriæ, lignariæ, musicæ; quæ ad varia humanæ vitæ commoda spectant. Porrò ante- 106
quam ad Iudicium vltimũ veniamus, quod est propriè practicum, à quo immediate operis executio dependet; multi fiunt actus tum ab intellectu, tum à voluntate dicentes ordinẽ ad vltimum actum intellectus, qui Imperium appellatur, & ad vltimum actum voluntatis, qui dicitur Vsus, ac praxis; & haberi solent vt quid vnum cũ praxi.

u De his actibus vide plura in Sũma Ethica disp. 1. q. 4. prop. 1. §. 4.

x S. Th. 1. p. q. 83. a. 4. et 1. 2. q. 8. a. 2.

y S. Th. 1. 2. q. 12. a. 1.

u Ordo autem actuum is est. 1. Apprehen- 107
sio finis, idest, rei alicuius absolute secundũ se. 2. Iudicium quod ea res sit cõueniens, 108
idest, bona. 3. Voluntas, qua placet homi- 109
ni, siue probatur, res ipsa. Proprie autem *x* voluntas dicitur ille actus, quo per volũtatem appetimus aliquod bonum absolute, non referendo illud ad aliud bonum.
4. Apprehensio quod ea res sit possibilis ad 110
consequendum. 5. *y* Intentio, quæ est ap- 111
petitus eam rem consequendi. 6. Vsus, quo 112
voluntas applicat intellectum ad consultãdum de medijs. quamquam hic actus nõ est semper explicitus, sed subintelligitur. Vsus autem est volitio efficax, qua volumus aliquam potẽtiam exercere operationẽ suam.

z S. Th. 1. 2. q. 14. a. 1. Caiet. ibid.

7. *z* Consilium, quo consultantur media, 113
& concluditur quod sit alijs præferẽdum. Habet enim Consilium, seu Deliberatio, seu

Con-

Consultatio, duos actus, Quæstionem, seu Inquisitionem; & Iudicium. Inquisitio, est actus, quo supposita intentione finis, ratiocinamur circa media, inquirendo illa, & examinando quid valeant ad finem. Iudicium, est actus, quo, posita inquisitione, per rationem concluditur quid sit agendum.
114 8. Consensus voluntatis, & electio. *a* Consensus autem est actus, quo voluntas se applicat ad id, quod est ei per consilium ab intellectu propositum tanquam expetēdū. *a S.Th.1.2. q.15.*
115 *b* Idem actus dicitur Electio, quatenus est potius huius medij, quam aliorum, aut simpliciter est circa medium; & quatenus intē- *b S.Th.1.p. q.83.a.3. et 4. & 1.2.q. 13. & 3.p. q.18.a.4.ad 2.*
116 tionem finis connotat. 9. *c* Imperium, quo intimatur voluntati vt vtatur potentijs executiuis. est autem Imperium, actus intellectus, quo cum intimatione quadā sibi homo proponit quid agēdum sit. qui actus differt à iudicio. quia iudicium dicit tantum quid sit agendum, & exprimitur per verbum indicatiui modi, Hoc est bonum, Hoc fugiendum: at imperium est proxime, ac immediate actiuum, & significatur per verbum *c S.Th.1.2. q.17.*
117 imperatiui, Fac, Ambula, Ama. Pendet autē hic actus à voluntate. nihil enim præcipit sibi homo faciendū, nisi voluntas illud velit
118 præcipi; vt omnes experimur. 10. *d* Vsus, quo voluntas applicat efficaciter potentias *d S.Th.1.2. q.16.*
119 ad executionem. 11. Ipsa potentiarum executio: quæ, si per eam obtineatur finis, idest, res absolute volita sine ordine ad aliā rem,
120 est realis consecutio ipsius. 12. *e* Fruitio, siue delectatio, & quies appetitus in re iam *e S. August. 1. de doctr.*
ob-

obtenta. Omnes autem hi actus cēsentur vt 121
vnum quid respectu vsus, siue praxis, cum
qua semper est coniunctū imperium. *f* So- 122
lent autem actus voluntatis interdum ijsdē
nominibus appellari, quibus appellantur
actus appetitus sensitiui, Amor, Odium,
Audacia, &c. pro similitudine, quam habēt
cum actibus appetitus sensitiui.

Porrò, quamuis tot genera sint actuum 123
tum intellectus, tum voluntatis: *g* omnes
tamen præcipuum genus, ac principalem
speciem sumunt ab obiecto, circa quod ver-
santur; & ab eius bonitate, vel malitia, illi
actus bonorum, vel malorum operū ratio-
nem, ac denominationem habent. Cum au- 124
tem omnia obiecta, circa quę intellectus, &
voluntas nostra versari debent, ad septem
præcipua capita reducantur: inde fit, vt pri-
ma operum bonorum, ac malorum genera
septem sint. Creatus enim est homo, vt per
bona opera Dei claram visionem cōsequa-
tur, vt in 2. dist. dictum est. Homo autem est
ens intellectuale agens per intellectum, &
voluntatem, seu appetitū rationalem. debet
ergo circa finem, ad quem est creatus, ope-
ra facere tum cognitionis, tū appetitionis.
Cognitio autem alia debet esse speculati-
ua, idest, cognoscēs finem, & media vt sunt
in se; alia practica, immediate actiua, & di-
rigens, ac præcipiens executionem medio-
rum ad finem cōsequendum. Media autem
ad beatitudinem æternam assequendā sunt
opera, per quæ obseruātur diuina pręcepta.
h cum autem homo quo ad operandum 125
du-

Christ. c. 4. & l. 10. de Trin. c. 10. S. Th. 1. 2. q. 11. a. 1.

f S. Th. 1. p. q. 20. a. 1. ad 1. & q. 83. a. 1. & 1. 2. q. 22. a. 3.

De obiectis, & operibus virtutū tum theologaliū, tum moralium.

g S. Th. 1. 2. q. 18. a. 2. et q. 19. a. 1. & 2.

h Vide S.

duplicem ordinem habeat, alterũ ad alios, *Thom. 1.2.*
alterum ad ſe, ideſt, ad rectam rationem: *q.60.61.62.*
præcepta habet ad rectè agendum tum reſpectu aliorũ, tum reſpectu rectæ rationis. à rectè autem agendo reſpectu rectę rationis remouere ſolet hominẽ appetitus tum iraſcibilis, tum concupiſcibilis. Ex his intelligitur ſeptem eſſe prima genera bonorum operum; quę homo debet operari vt Deum conſequatur. quæ opera denominantur à Theologis à ſeptem habitibus, qui ad ea
126 opera concurrunt. Primi generis ſunt actus Fidei: quibus cognoſcitur Deus, & beatitudo, & media ad illam conſequendam.
127 Secũdum genus ſpectat ad actus appetitus, quibus Dei poſſeſſionem, ideſt, æternam beatitudinem, & media ad illã appetimus vt bonum noſtrum: qui dicuntur actus ſpei.
128 Tertium operum genus pertinet ad Charitatem: qua amamus Deum vt ſummum bonum eſt in ſe, ſine reſpectu ad vtilitatem
129 noſtram; & cętera propter Deum. Quartũ ad Prudentiam, cuius cognitio eſt practica, omnes noſtras actiones dirigens, vt conformitatem habeant cum diuina voluntate, ac
130 recta ratione. Quintum ad Iuſtitiam, cuius ſunt opera voluntatis volentis ſe rectè habere circa alios, ne ius aliorum lædatur.
131 Sextum ad Fortitudinem: quæ opera facit appetitionis; quibus appetitus iraſcibilis firmatur, ne quid propter timorem malorum
132 agat contra rationem. Septimum ad Temperantiam: quæ opera facit appetitionis; quibus appetitus concupiſcibilis firmatur,

ne

ne à concupiscentia illectus, ac delectatione, aliquid agat contra rectam rationem. De his generibus septem est deinceps in sequentibus distinctionibus agendum; vbi & ipsa clarius, & fusè eorum species proponentur.

De donis Spiritus sancti.

1 Leg. S. Th. 1.2. q.68.

i Sciendum autem esse alia septem operum genera, septem paullo ante numeratis respondentia: quæ, licet sint actus vitales, ad quos intellectus, & voluntas nostra influũt: quia tamen ad ea nõ influunt ex electione, seu libere, neque per vllos habitus, tãquam per potentias, supernaturales, supplentes impotẽtiam naturalem, vt supplent septem virtutũ habitus paullo ante numerati: ideo non sunt inter opera nostra numeranda, sed Deo soli tribuenda. ea, dona dicuntur Spiritus sancti. quia sunt actus quidam ad gratiam præuenientem, & excitantem spectantes quibus Spiritus sanctus excitat, & mouet intellectum, & voluntatem nostram ad opera bona in finem supernaturalem: vt Ratio per actus quosdam, quos appellare possumus primò primos, mouet nos ad opera naturalia in finem honesti moralis. vt autem Rationi mouenti respõdet subiectum, seu potentia passiua, quæ motum recipit, nempe intellectus, & voluntas: ita par est Spiritui sancto mouenti supernaturaliter, respondere in nobis potentiam passiuam supernaturalem. quæ cum nulla sit in nostra natura; decet homini habenti gratiam, & in esse supernaturali constituto, infundi à Spiritu sancto potentias passiuas ad Spiritus

tus sancti motus recipiendos conuenientes homini gratiã habenti. eæ sunt habitus quidam, & qualitates supernaturales passiuæ, respondentes viribus naturalibus passiuis septem, saltem ratione inter se distinctis; quas habent intellectus, & volũtas ad actus naturales septem virtutum ad honestũ intellectuale spectantium: respondentes viribus supernaturalibus actiuis ab eodẽ Spiritu sancto infusis ad operandum opera gratiæ. Dona ergo Spiritus sancti septem sunt, Sapientia, Intellectus, Consilium, For-
134 titudo, Scientia, Pietas, Timor Dei. *k* Donũ intellectus respondet Fidei, potentię supernaturali actiuæ: ad cuius opera reddit donum intellectus nos dispositos vt à Spiritu sancto excitemur. excitamur autẽ illustrationibus; quæ sunt cognitiones, quibus fidei mysteria penetramus. Respondet intellectui naturali passiuo, quatenus is recipit cognitiones spectantes ad prima principia
135 lumine naturali nota. *l* Donum Sapientiæ respondet charitati. eius motus sunt cognitiones præstantissimæ tum speculatiuæ, tũ practicæ ad Deum spectantes, & ad actus charitatis excitantes; vt de Dei perfectione, de eius gloria propaganda, de eius voluntate in omnibus facienda. Respondet intellectui naturali, quatenus recipit actus sapientiæ, quæ est rerũ altissimarũ scientia.
136 *m* Donum scientiæ respondet spei. huius doni motio est cognitio circa media, quibus ad Deum peruenimus. vt in naturalibus scientia est cognitio rerum, quæ nõ sunt al-

k S. Th. 2. 2. q. 8.

l S. Th. 2, 2. q. 9. a. 2. ☛ q. 45. a. 1.

m S. Th. 2. 2. q. 9.

tissimæ, vt prima causa, vt intelligentiæ.

n S.Th.2.2. q.52. *n* Donum Consilij respondet Prudentiæ in- 137
fusæ, & intellectui vt receptiuo actuũ pru-
o S.Th.2.2. q.121. dentiæ naturalis. *o* Donum Pietatis respō- 138
det Iustitiæ infusæ, & appetitui rationali vt
receptiuo actuũ Iustitiæ moralis acquisitæ.
excitamur motionibus pietatis ad exercen-
dos actus supernaturales spectantes ad de-
bitum tum iustitiæ, tum decentiæ, quod ha-
bet homo tum circa Deum, tum circa suos
p S.Th.2.2. q.139.a.1. proximos, tum circa sanctos. *p* Donum 139
Fortitudinis respondet Fortitudini infusæ,
& appetitui naturali vt receptiuo actuum
fortitudinis moralis naturalis. Donum Ti- 140
moris Dei respondet tum Temperantiæ in-
fusæ, tum appetitui vt receptiuo actuum
Temperantiæ virtutis moralis acquisitæ.
q *Lege S. Thom.* 2.2. q.19.a.9. *q* excitamur motione huius doni ad con-
cupiscentiam, & delectiones sensitiuas fre-
nandas ob finem supernaturalem.

De Fructibus.

r *Leg.S.Th.* 1.2.q.70. *r* Præter ea septem actuum genera, quæ 141
non sunt opera nostra, sed Spiritus sancti
mouentis mera dona: sunt quidam actus in
nobis, qui Spiritus sancti fructus appellan-
tur; quia eorum radix est Gratia, & à virtu-
tibus proficiscuntur, quæ ad comitandum
gratiam à Spiritu sancto infunduntur. ij no-
men habēt Fructus: quia sunt effectus, quasi
fructus, à gratia quasi à radice, à virtutibus
infusis quasi ab arboris ramis prodeuntes.
ad eos nos actiuè, & ex electione concur-
rimus; ac proinde non solum Spiritus san-
cti, sed nostra etiam opera sunt: nec diffe-
runt à septem operum bonorum generibus

ad

ad ſeptem præcipuas virtutes ſpectantium, quæ ſupra numerauimus. Præcipui autem fructus *s* à Paulo duodecim recenſentur: Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. s *Gal.* 5. 22.

142 *t* In his autem virtutum actibus ſunt aliqui valde perfecti, & excellentem quandam ardui rationem habentes. qui à *t* Chriſto Domino Beatitudines appellantur. ſiue quia via quædam ſunt, & media ad æternam beatitudinem. ſiue quia præclarum quoddam hominis bonum ſunt. Poſſeſsio autem boni ſpectantis ad hominem, vt homo eſt, beatitudinis nomine nuncupari ſolet.

De Beatitudinibus.

t *Leg. S. Th.* 1. 2. q. 69.
t *Mat.* 5. 3.

143 Præter hactenus numerata bonorum operum genera, alia quædam ſunt, quæ hominum miniſterio Spiritus ſanctus operatur; *u* non ad excitandum illos ad opera gratiæ, qua præditi ſunt, congruentia: (ſolet enim ea Spiritus ſanctus operari etiam per homines, qui non ſunt in gratia:) ſed ad inſerendam, & augendam in aliorum animis fidem, & ad vtilitatem Eccleſiæ. ea Gratiæ gratis datæ nominātur. Sunt autem nouem:

De Gratiis gratis datis.

u *S. Th.* 1. 2. q. 111. a. 1.

144 *x* 1. Fides, quæ eſt cognitio excellens prin-
145 cipiorum Fidei. 2. Sapientiæ ſermo. eſt autem ſapientia cognitio diuinorum, quę de-
146 ducuntur è Fide. 3. Sermo ſcientiæ. eſt autem ſcientia cognitio rerum, quæ naturali
147 lumine ſciri poſſunt. 4. Gratia ſanitatum. Cum miraculosè ſupra vires naturales ſanantur morbi corporis ad Fidei teſtimoniũ.

x 1. *Cor.* 12. *Leg. S. Th.* 1. 2. q. 111. a. 4.

5.Operatio virtutum. Cum miraculosè alia opera fiunt in natura, quæ solus Deus potest facere. 6. Prophetia. Cognitio futurorum contingentium, quæ solus Deus potest cognoscere. 7. Discretio spirituum. Cognitio cogitationum; quas solus Deus potest cognoscere. 8. Genera linguarum. Cognitio, & vsus miraculosus variorum idiomatum. 9. Interpretatio sermonum. Intelligentia eorum, quæ verbis proferuntur. 148 149 150 151 152

De operũ malorũ generibus.

153 Ex ijs, quæ de bonorum operum generibus dicta sunt, intelligi facile possunt genera operum malorum. quia cum *y* ratio malitiæ in operibus sit priuatio rectitudinis, seu conformitatis cum recta ratione. *z* Contingit tot esse genera operum malorum, quot numerata sunt operũ bonorum, si ea cõtingat esse illa conformitate priuata.

y S.Tb.1.2. q.71.a.6. et q.75.a.1.
z Leg. S.Tb. 1.2.q.72.
a S.Tb.1.2. q.75.a.1.& 2.

154 *a* Contingit autem priuari ea conformitate, si nostra culpa careant aliqua circunstantia, qua carere non debent: aut adiunctam habeant circunstantiam, qua debent carere: aut careant ipso exercitio, & existentia, qua non debent carere. atque ita tria genera operum malorum possemus numerare, nempe: Commissionis per excessum, Commissionis per defectum, & omissionis.

De omissione.

155 *b* Cum autem omissio sit negatio operis vt exerciti; scire debemus opus omissum pertinere ad genera operum malorum, quatenus eius negatio, nostræ voluntatis culpa, habet priuationem conformitatis cum recta ratione. non enim est conforme

b S.Tb.1.2. q.71.a.5.

recta

rectæ rationi tale opus omitti.

156 Porrò tum commissiones, tum omissiones quatenus ratione difformitatis à recta ratione à sua Regula deficiunt, defectus, & *De peccatis.*
157 peccata nominantur. Peccatum autem rursum secundum aliam considerationem diuiditur in originale, & personale.

c Peccatum originale, est priuatio iustitiæ, & gratiæ diuinæ, debitæ cuique homini in instanti conceptionis, seu infusionis animæ, secundum Dei decretum, & pactum cum Adamo, primo hominum parente, initum, si Adam Dei præceptum seruasset de non gustando fructu prohibito, vt in 2. dist. explicatum est. Est autem ea priuatio iustitiæ peccatum, quia non est conformis rectæ rationi, posito diuino decreto; & Adami voluntate ea priuatio est in genus humanum inducta: vt quæuis omissio operis debiti est peccatum, quia ea operis negatio non est conformis rectæ rationi, & voluntate eius inducitur, cuius culpa opus omittitur. *De peccato originali.* c S.Th.1.2. q.82.a.1.

158 Personale peccatum, est defectus voluntarius contra rationem, non alterius voluntate, sed propria inductus: vt est quodlibet peccatum hominum, excepto originali. *De peccato personali.*
159 Rursum peccatum diuiditur in Actuale, Virtuale, Habituale. Actuale peccatum, est opus ipsum malum, quatenus actu est, seu quatenus realiter existens ea existentia,
160 quam habere potest. Virtuale peccatum, est opus ipsum malum cum existentia, non quidem reali, sed morali: quatenus, licet

re ipsa iam non existat, ita tamen secundum omnium existimationem se habet, ac si actu existeret. quia censetur existere in sua virtute, seu principio, idest, in voluntate: quæ liberè illud opus malum voluit, & nunquam postea reuocauit, nec retractauit illam volitionem; atque adeo censetur etiam nunc perseuerare in actu priore volitionis.
Habituale peccatum propriè est, priuatio 161
diuinæ gratiæ, quæ nostra culpa in animum
d Lege S. Thom. 1.2. q.71.
inducitur per opus nostrũ malum. *d* Potest 162
etiam peccatum habituale dici habitus malus, & rationi difformis; qui ex actu malo nostra culpa patrato in animo relinquitur, seu in potentijs vitalibus. qui habitus potest perseuerare, etiam post retractationem actus mali, & pœnitentiam, & post infusionem gratiæ: donec per actum, & habitum contrarium aboleatur. Habitus autem mali propriè Vitiorum nomen habent, vt habitus boni nomen habent Virtutum.

De peccato mortali, & veniali.

e Vide S. Thom. 1.2. q.88. et 89.

Tertia peccati diuisio est, in Mortale, & 163
Veniale. *e* Mortale peccatum est, quod diuinæ voluntati contrarium est. quod proinde diuinam amicitiam lædit: & ideo gratiam aufert ab anima; quæ supernaturalis quædam animæ vita est. ob id mortale, peccatum hoc appellatur. Veniale pecca- 164
tum est, quod diuinæ voluntati contrarium non est: non habet tamen conformitatem cum illa. non ergo tollit gratiam ab anima, sed impedit abundantiam diuinorum auxiliorum. Veniale appellatur, quia cum non tollat amicitiam cum Deo, neque ius ad

re-

regnum cæleste: veniam tandem aliquando consequetur à Deo antequam, qui illud ad-
165 misit, ad vitam æternam ingrediatur. Contrarium esse diuinæ voluntati opus cognoscimus: si aliquo diuino præcepto prohibeatur; aut scripturæ sacræ contra illud æternæ
166 vitæ amisionem comminentur. Veniale dignoscitur: cum operis, de quo est diuinum præceptum, non conformiter rectæ rationi patrati, materia leuis est; vt est furtum in parua quantitate: cum defectus in opere præcepto fit sine plena rationis aduertentia: cum opus non est quidem præceptum, vt ex materiæ leuitate colligitur; non habet tamen conformitatem cum recta ratione; vt sunt verba otiosa.

DE FIDE.

Quid sit Fides.

FIdes, est actus intellectus, quo assentimur, vel dissentimus, seu affirmamus aliquid, vel negamus, moti non alia ratione, quā dicto, seu auctoritate alterius illud affirmantis, aut negantis. 1

a Lege S. Thom. 2.2. q.4.a.1.

a Fides autem Christiana, est tum habitus à Deo infusus, tum actus per Dei auxilium in nostro intellectu productus: quo apprehendimus vt omnino vera, quæ de Deo, de vita æterna, de medijs ad illam consequēdam ab Ecclesia proponuntur; *b* moti nō alia ratione, quam auctoritate diuina, illa ita se habere, vt ab Ecclesia proponuntur, enunciante. Sunt autem, vt patet, in hoc actu tria, nempe: Obiecta, quę vt vera apprehenduntur; Deus, ęterna beatitudo, media ad salutem: *c* Ratio, quæ mouet ad apprehendendum ea obiecta vt vera; Deus dicens, seu Dei veracitas infallibilis enuncians ea obiecta; quæ ratio formalis appellatur: Verbum externum, & sensibile, quæ est Ecclesiæ propositio; qua nobis inuisibile Dei dictum enunciatur. Vt autem facile, quæ ad fidem Christianam spectant, intel- 2

b S.Th.2.2. q.1.a.4. & 5.

c S. Th.2.2. q.1.a.1.

intelligantur, tria consideranda sunt, Necessitas fidei Christianæ, Veritas, Obscuritas.

3 *d* Necessitas fidei Christianę colligitur & ex eius obiecto, & ex motiuo, & ex proponente. *De Fidei necessitate.*

Cum enim summum hominis bonum sit Deus, vt in 5. dist. dictum est: cuius claram visionem ex diuino decreto debet homo, qui est agẽs intellectuale, per suum intellectualem motum, & opera consequi, vt est in 2. & 6. dist. explicatum: necessarium omnino est vt ab homine cognoscatur Deus, & media, quibus ad eius possessionem peruenitur. *Christianae Fidei obiecta.*

4 *e* Ad hæc autem cognoscenda vt oportet, non est satis homini lumen naturale. tũ quia Deus vt auctor gratiæ, & visibilis intuitiue à nobis, non potest cognosci cognitione naturali. tum quia circa ipsum Deum vt auctorem naturæ sæpissime cõtingit homines cognoscendo errare. tum quia ad cognitionem naturalem diuinorum non facile possunt homines, præsertim rudes, peruenire: & qui ad eam perueniunt, multo labore, & post multum tempus perueniũt. tum quia media, quæ sunt ad salutem necessaria, vt Christi merita, vt Sacramenta; non cadunt in cognitionẽ naturalem. Necessaria ergo est fides Christiana, quæ modo facili, ac non multo opere proponit omnia, quæ scitu necessaria sunt ad salutem, & ad vitam degendam rectæ rationi conuenientem.

d S. *Th.* 1. p. q. 1. a. 1. & 2. 2. q. 2. a. 3.

e S. *Th.* 2. 2. q. 2. a. 4.

5 *f* Ex quo colligimus necessariam esse ad salutem fidem, & cognitionem explicitam aliquorum obiectorum; nẽpe eorum, sine quorum cognitione nõ potest

f S. *Th.* 2. 2. q. 2. a. 5. 6. 7. 8.

homo

homo motum intellectualem facere congruentem fini supernaturali: vt est cognitio Dei vt remunerantis recte agentes præmio, male agentes pœna. & quidem aliquorum obiectorum cognitio est simpliciter, & absolute necessaria, necessitate, quam Theologi vocant, medij; quia est medium, sine quo non potest, posito diuino decreto, vllo modo perueniri ad salutem: vt est cognitio, quam paullo ante diximus, Dei vt remunerantis. aliquorum obiectorum cognitio non est absolute necessaria; sed ne peccatum contra diuinum præceptum admittamus, atque ob id è salute decidamus. habemus autem, vt natura ipsa clamat, diuinum præceptum, vt tantum beneficium, quod ad æternam salutem spectat, agnoscamus; vt media procuremus, quæ à Deo statuta sunt ad salutem consequendam. est autem admodum difficile media ad salutem necessaria nobis procurare, sine aliquorum obiectorum cognitione: vt est cognitio aliquorum mysteriorum Christi redemptoris, & præceptorum Decalogi, & aliquorum Sacramentorum. aliquorum obiectorum cognitio necessaria est necessitate præcepti, non quidem omnibus, sed ijs duntaxat, qui aliorum Magistri sunt in Ecclesia: qui ex officio docendi alios, tenentur plura cognoscere, quam alij; præsertim ea, quorum cognitio est necessaria ad suos discipulos erudiendum, & ad illos seruandum ab errore.

6

7

8 Iam cum vltimi finis, & mediorum ad illum cognitio tanti referat ad æternam salutem:

tem:

tem: debet ea cognitio esse, quam fieri maxime potest, certa, & infallibilis. non potest autem esse talis, nisi diuino dicto, & auctoritati nitatur. nam obiectum finis vltimi, idest, visionis Dei beatificæ, nunc non videtur; nec potest lumine naturali cognosci à nobis; & eius possessio pendet à diuina voluntate, ac liberalitate: media etiã ad illam consequendam ex diuino decreto, ac libertate pendét. vt ergo certò sciamus visionem illam futuram, & quæ sint certa media ad illam; debet Deus ipse nobis enũciare. Dictum ergo Dei, quod est motiuum in fide Christiana, necessarium nobis est. Fides ergo Christiana est necessaria non solum ratione obiectorũ, sed etiam ratione motiui.

Christianae Fidei motiuũ.

9 Sed præterea tertiam necessitatem habet respectu verbi externi, & sensibilis, quæ est Ecclesiæ propositio. Dictum enim Dei, est quidam actus locutionis, seu cognitionis internæ in intellectu diuino; quo Deus cognoscit sui visionem, & media ad illam, possibilia nobis ex diuino decreto: qui actus est ipsemet Deus. Deus autem non potest videri à nobis; nec debet videri dum sumus in via, vt possimus eius visionem mereri; cum ipse decreuerit ob maius nostrũ bonum eam nobis largiri non solum vt donum gratuitum, sed etiam vt præmium.

Propositio externa credẽdorum.

10 Duo modi videntur esse possibiles; quibus potest Deus suum nobis dictum manifestare sine visione sui dicti. nempe, vel infundendo in nostrum intellectum cognitionem abstractiuam, sed certam, sui dicti: vel proponendo aliqua signa, quæ signi-

significent suum dictum, & ad eius cognitionem excitent. Nulla autem signa apparent aptiora hominum naturę, quam verba per ipsosmet homines prolata. g Modus enim connaturalis homini est cognitionem haurire ex sensibus: cognitio autem, quæ non potest accipi ex rebus ipsis, qualis est cognitio fidei; hauritur per auditum ex hominum verbis.

g Vide S. Thom. 1. p. q. 111. a. 1. ad 1.

Nulli autem homines maioris auctoritatis, 11
qui proinde maiorem fidem facere possint; h quam visibile Caput Ecclesiæ Christi Vicarius Romanus Pontifex, Petri successor; & Pastores, ac Ecclesia, quæ cũ hoc capite consensionem, & connexionem habet; vt mox probabitur. Quæ Romanus Pontifex vt Pon- 12
tifex, & Ecclesia vt Magistra, docét de Deo, de fine vltimo hominum, de medijs ad perueniendum ad illum; idest, de credendis, & agendis à nobis: ea Ecclesiæ propositionem appellamus. Vtroque modo manifestandi suum dictum vtitur nobiscum Deus. Nam & 13
infundit nobis cognitionem certam sui dicti, vt omnes fideles experimur; quæ est actus fidei, diuinum donum, vt infra explicabitur: & vtitur Ecclesiæ propositione; idest, doctrina, quæ Scripturis sacris, & traditione continetur.

h S. Th. 2. 2. q. 1. a. 10.

Sacra Scriptura.

Scripturas sacras appellamus libros, quos 14
Sancti Dei homines Spiritu sancto afflati scripserunt, quos Ecclesia recepit vt verbum Dei.

Traditio.

Traditiones vocamus reliquam fidei do- 15
ctrinam, quæ non cõtinetur in Scripturis sacris; sed ab ipsis Apostolorum temporibus

dicto,

dicto,ſcripto,facto, perpetua ſucceſsione sẽper in Eccleſia tradita eſt; atque ab ipſa Eccleſia vt Apoſtolica traditio recepta. Vna ex doctrinis, quæ tum in Scripturis ſacris, tum in traditione habetur, ea eſt: Ad Eccleſiam attinere fidei doctrinam,ideſt, Dei verbum, proponere,ac declarare.

16 Hanc Eccleſiæ propoſitionẽ, præter fidei infuſionem, quæ fit à Deo,eſſe nobis omnino neceſſariam,ſuademur tum ex eo, quod cum contingat homines à Dæmone ſæpiſsime illudi,ac decipi: certi efficimur cognitionem nobis à Deo infuſam non eſſe deceptionem, quia cõſonat cũ regula fidei,quæ eſt Eccleſiæ propoſitio, & doctrina. tũ ex eo,quod alioquin magna eſſet in fide incertitudo: exiſterent enim multi diuerſa docentes de Deo,de æterna ſalute; nec poſſet vera doctrina à falſa dignoſci, niſi eſſet certa ad dignoſcẽdum *De externae Regulae neceſsitate.*

17 Regula,Eccleſiæ propoſitio. Porrò quamuis ipſa viua Eccleſiæ vox, & traditio ſatis eſſet ad certam fidei Regulam habendam.ad maiorem tamen certitudinem,& ad maiorẽ docentium, & addiſcentium, & errores impugnantium commoditatem,& facilitatẽ; voluit Deus eſſe in Eccleſia Regulam fidei ſcripto conſignatam,ideſt, ſacram Scripturã: vt non ſit opus ſemper ad regulam Eccleſiæ viuam recurrere, ad quam non eſt ſemper facilis acceſſus.

18 Ex ijs,quæ hactenus dicta ſunt, habemus fidem Chriſtianam eſſe neceſſariam tum ex parte obiecti, tum ex parte motiui, tum ex parte proponẽtis.Nunc de eius veritate agẽ- *De Fidei veritate.*

dum,

dum, sine qua tota paullo ante allata disputatio nulla esset. Veritas est quædam cóformitas. Cum autem in actu fidei plura considerari possint, nempe, Obiecta, actus ipse, motiuum, propositio Ecclesiæ: consideranda est in his omnibus sua veritas, quæ, qualisq; sit in horum quoque. Obiectorum veritas, 19
est conformitas rerum cum cognitione, quæ de ipsis haberi debet, seu quam illa exigunt haberi de ipsis. *i* Hæc obiectorum veritas in fide Christiana nobis manifestatur per diuinum dictum.

i *S.Th.* 1.p. q.1.a.2, & 3.

De diuinae reuelationis veritate.

k Veritas autē diuini dicti, quod est quæ- 20
dam Dei cognitio, est cóformitas diuinæ cognitionis cum rebus ipsis, quas cognoscit, quatenus ita eas exprimit cognoscendo, vt illę sunt. ea diuini dicti veritas est certissima, & infallibilis, habens omnem rationem certitudinis: *l* vt nulla ratione alio modo res habere se possint, quam à diuina cognitione apprehenduntur, dicuntur, proponuntur ad cognoscendum. nam cum in Deo sit infinita perspicacia, & scientia; non potest Deus intelligendo falli, vt queat alio modo res cognoscere, quam ipsæ sunt. & rursum cum in Deo sit infinita perfectio, & bonitas sine vllo defectu; non potest Deus dicendo, ac proponendo fallere, vt queat alio modo res proponere, ac dicere, quam ab ipso cognoscuntur. quæ diuina perfectio, vt non possit falli, neque fallere; veracitas appellatur: cui nititur diuinum dictū. quæ veracitas cum sit ipsemet Deus, infinita vt Deus; efficit vt diuinum dictum habeat infinitam veritatem, ac certi-

k *S.Th.* 1 p. q.1.a.6.ad 1.
l *S.Th.* 2.2. q.1.a.3.

certitudinem,tantam,quantus est ipse Deus.

21 Veniamus nunc ad actum nostrum fidei, quæ est cognitio,qua credimus Deo dicenti. In eo actu duplex est conformitatis respectus,alter ad obiecta,quæ cognoscuntur; alter ad motiuum, idest, ad diuinum dictum, quod est ratio vt cognoscantur à nobis.vtraque cõformitas est certissima,& infallibilis. nititur enim diuino dicto; quod, vt paullo ante dictum est, certissimum est, & infallibile. Sed cum Deus,ac proinde diuinum dictum, non cernatur à nobis, sed ab Ecclesia proponatur,vt supra dictũ est: habet noster actus fidei tertium quendam respectum cõformitatis ad Ecclesiæ propositionem. sumit ergo quandam rationem veritatis à veritate,quæ est in Ecclesiæ propositione. Propositio autem Ecclesiæ,cum sit actus ipsius met fidei,quem format Ecclesia à Deo inspirata, scripto,verbis,factis nobis explicatus:eandẽ veritatem, ac certitudinem infallibilẽ habet, quam habet actus fidei, quem nos per Dei gratiam formamus. *De actus Fidei, & externae Regulae veritate.*

22 Sed cum Ecclesia non videat intuitiue diuinum dictum: qua ratione certi esse possumus,Ecclesiæ propositionẽ esse verbũ externum,ac sensibile Dei,à Deo propositum nobis,& manifestatiuum diuini dicti? Habet ea Propositio tot argumenta, tot signa quod sit à Deo; vt nullus intellectus sit,cui illa consideranti non appareat euidenter credibile quod ea propositio sit à Deo. immo aliquibus intellectibus,possunt ea signa euidentiam facere eam propositionem esse à Deo. *De Signis, seu Euidentia credibilitatis.*

Nam

Nam cum euidens sit Deum esse, eumque 23
procurationem omnium habere, ac in pri-
mis hominum; sit etiam euidens animam no-
stram esse immortalem, ac proinde post cor-
poris mortem aliam vitam victuram, & prę-
mia, vel pęnas pro bonis, vel malis operibus
recepturam: debet Deus, cum sit bonus, pro-
uidere ne erret homo circa suum finem, &
vitam futuram, quæ tanti hominum interest.
at doctrina, quæ de vltimo fine, & medijs
ad illum consequendum ab Ecclesia propo-
nitur, habet tot argumenta, tot signa;
vt conuincant quemcunque cordatum homi
nem ad amplectendam eam doctrinam; vt
contra rationem faciat, qui eam non ample-
ctitur, cũ eam manifeste probent esse rationi
cõsentaneam; ac proinde reus efficiatur ma-
ximæ pœnæ, præsertim cum se periculo ex-
ponat æternę damnationis Euidens ergo est,
si ea doctrina non esset vera, debere Deum
id nobis maioribus signis manifestare: at ma-
iora signa nulla sunt, nec apparet vllo intel-
lectui maiora esse posse: euidens igitur est
eam doctrinam esse à Deo. Vt enim ex crea-
turis, quia sunt effectus Dei, euidenter colli-
gimus esse Deum: ita ex tot argumentis, &
signis Fidei Christianæ, quæ eã suadent: quia
non possunt esse nisi effectus Dei; euidenter
colligimus eam fidẽ suaderi à Deo. *m* Argu-
mẽta autem, & signa quod propositio Eccle-
siæ, seu doctrina Fidei Christianæ (idem enim
sunt Ecclesiæ propositio, & doctrina fidei)
sit à Deo, sunt præclara, & omni exceptione
maiora, siue ex fidei obiectis petantur, siue

m Lege Greg. Valẽ. 2.2. d.1.q.1. p.4.

ex

ex motiuo, siue ex ipso fidei actu, siue ex proponente, siue ex effectis.

24 Argumenta, quæ ex obiectis fidei sumuntur, eorum veritatẽ probantia, sunt 1. Quod quamcumque fidei Christianæ materiam cõsideres, reperies nihil ea prǫstantius dici posse, nihil fini congruentius. Percurre singulas materias, vt mysteria Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ; Rationes, & praxes fidei, spei, charitatis, pœnitentiæ, reliquarum virtutum; Ecclesiæ Hierarchiam, Sacramẽta, & reliqua, quæ nobis credenda proponuntur, & agenda: in singulis maximam præstantiã, & congruentiam reperies, & admiraberis; nihil ijs melius pro subiecta materia dici, aut cogitari posse manifeste apparebit. 2. Nihil est in obiectis fidei, quod sit rationi contrarium. Quod si quæ intellectus nostri captum superant; vt mysteria Trinitatis, Eucharistiæ, & his similia: ea tamen sunt rationi maxime congruentia. non vllam contradictionis rationem inuoluunt. aduersariorum argumẽta facile soluuntur. Difficultas in eorum intelligentia non ea est, vt intellectus falsitatem possit suspicari: cum mille difficultates experiatur in intelligentia rerum sensui subiectarum, vt quantitatis, & in suimet ipsius cognitione. immo nullum fidei mysterium est, quod, licet imaginatione percipi non possit; ratione tamen, & intelligentia secũdum nostrum modum intelligendi, non percipiatur aliquo modo: vt de mysterio Trinitatis patet in dist. 1. & patere etiã cuique poterit de præsentia reali corporis Christi in Eucharistia;

Signa sumpta ex Obiectis.

25

ſi cogitet corpus Chriſti eſſe in immenſitate
Dei, q̄ eſt idē Deus; qui totus eſt in qualibet
ſpecierū ſacramētalium particula. 3. Omnia 26
fidei obiecta cōſenſionē mirabilē habēt inter
ſe: nullū eſt,quod ab alio diſcrepet,alteri re-
pugnet. 4.Omnia quò magis cōſiderātur,in- 27
quiruntur,diſputantur:eò apparent certiora,
& credibiliora. 5.Apparēt omnia digna Dei 28
omnipotentia, ſapientia, bonitate: atque in
harū perfectionum diuinarum cognitionem,
& præſtantem intelligentiā maxime ducunt.

Signa ſumpta ex Motiuo.

Ex motiuo autem fidei Chriſtianæ, quod 29
eſt diuinū dictum,ea ſumi poſſunt argumēta.
1. Quod,cū oēs homines cognitionē de vlti-
mo fine,ac de vita futura,per fidē habeant,vt
docet experientia: nulla fides poteſt eſſe in
hominibus,quæ maiorē auctoritatē,nobilius
motiuum, maiorem certitudinē habeat,quam
Fides Chriſtiana; cum diuino dicto nitatur.
2. Quod quę Fides Chriſtiana docet, diuerſis 30
tēporibus multis miraculis confirmata ſunt.
vera autē miracula nō poſsūt eſſe,niſi à Deo.
Plurima aūt ex miraculis,quę in noſtræ Fidei
teſtimoniū adduci poſsūt,fuiſſe vera miracu-
la nulli dubiū eſſe poteſt:tū quia sūt maxima,
vt reſurrectio mortuorū:tū quia nūquā in eis
falſitas eſt deprehenſa: tū quia ab ipſis Fidei
aduerſarijs vt miracula ſunt recepta: tū quia
eorū miraculorū patratores fuerunt viri ſan-
ctiſsimi,vt fuit Chriſtus: tū quia ea miracula
facta ſunt in confirmationē fidei; qualia fue-
runt ea, quæ Chriſtus faciebat vt ſuaderet ſe
eſſe verum Meſsiam,& verum Deum. quod
ſi falſum fuiſſet, reliquiſſet Deus hominibus

aditum

aditum ad discernendum eorum miraculorũ falsitatem. nullus autem rationabilis aditus
31 est relictus. 3. Quia quæ fides Christiana docet, præsertim de Christo Iesu fidei Christianæ auctore, multis annis antequam acciderent præscita, atque prædicta fuerunt ita, vt contigerunt. prædictio autem futurorum cõtingentium nõ potest esse nisi à Deo. Ne quis autem suspicari posset has prædictiones cõfictas fuisse à Christianis; voluit Deus libros sacros, vbi eæ prædictiones habentur, esse apud maximos hostes nominis Christiani, nempe apud Iudæos.

32 Ab ipso autem fidei actu hęc, inter cætera, sunt argumenta, quæ peti possunt. 1. Quod is actus magnam secum affert suauitatem, & consolationem; vt omnes fideles experimur: & cum aliqua dubitatio, aut alia cogitatio sese nobis ingerit ei actui contraria, perturbamur, angimur: & eo maiorem ex eo actu iucunditatem haurimus, quò minus naturalibus argumentis nitimur, & solum diuinæ veracitatis, & auctoritatis motiuum spectamus sine vlla humana ratione. quæ signa sunt actũ illum esse supernaturalem, ac proinde à Deo infusum: & ipsa suauitas signum maximũ est illum esse verum. veritas enim, cum habeat proportionem cum nostro intellectu vt proprium obiectum illius, in quo quiescit intellectus; iucunditatem affert, cum apprehẽditur: vt contra falsitas perturbationis, & mo-
33 lestię causa est. 2. n Quod actus fidei, etiam si supernaturalis non esset, vt vere est; omniũ tamen, quæ naturæ viribus fieri ab homini-

Signa sumpta ex actu Fidei.

n *Vide S. Th. 1. p. q. 1. a. 5. & 6.*

bus possunt, est præstãtissimus. tum quia maximam habet rationem ardui, cum sit assensus firmus ex motiuo, de quo non habemus euidentiam; & si accideret habere, nõ tamen assentimur ob euidentiam, sed ob ipsum motiuum, idest, diuinũ dictum per se: qui actus ex natura sua maximam difficultatem affert. tum quia maximam habet rationem honesti; cum is actus maxime cedat in honorem Dei, cuius veracitatem eo actu profitemur; maxime congruus sit hominis perfectioni, cum eius vsus sit ad acquirendam æternam beatitudinem. tum quia maximam habet rationẽ certitudinis, ac proinde maximam rationem cognoscitiui, cum ex suo motiuo habeat omnimodam certitudinem, & infallibilem.

Signa sumpta ex Ecclesia proponente.

Ex proponente, quæ est Ecclesia, plurima 34
sumi possunt argumenta, vt 1. Ex Ecclesiæ vnitate mirabili, quæ non videtur vi humana stare posse, sed vi Dei. quæ vnitas elucet tum in ordine Hierarchiæ ecclesiasticæ sub vno capite Romano Pontifice: quo ordine nullus inter homines existit excellentior: Tum in doctrina, quæ tot sæculis, à tot Romanis Pontificibus, à tot Concilijs, à tot Scriptoribus sacris; semper eadem tradita est, sine vlla contrarietate, & cum magno fidelium zelo vt semper eadẽ conseruetur: qua viris Christianis, qui Christi doctrinam profitentur, nulla potest esse de veritate certior; cum per Romanum Pontificem, cui ea doctrina nititur, perpetua successione à Petro Christi Vicario, qui Romæ obijt, ac proinde ab ipso Christo deriuetur. Tum in medijs ad salutem

ne-

35 necessarijs, vt sunt Sacraméta. 2. Ex Ecclesiæ sanctitate. quicunque enim viri, qui in alijs sectis boni habiti sunt, si cum viris sanctis comparentur, qui semper in Ecclesia floruerunt, omnino improbi apparebunt. 3. Ex
36 proponentium auctoritate fidem inter homines faciente omni exceptione maiorem. quę auctoritas intelligi potest tum ex sanctitate primorum proponentium, nempe Christi, & Apostolorum. tum ex mirabili constantia, qua perseuerarunt eam doctrinam proponere, licet obsistentibus, ac persequentibus viris omnium potentissimis. tum ex ingenij perspicacitate, ac doctrina; qua in omnibus sæculis fuerunt inter omnes homines facile principes. tum ex efficacitate in proponendo; qua suaserunt eam doctrinam viris nobilitate, ingenio, potentia præstantissimis. tum ex generis varietate: quia omnis conditionis homines sunt fidei doctrinam proponentes; nec vnius gentis; vt non possit vlla humanæ gratiæ suspicio subesse. tum ex effusi sanguinis, ac obitæ mortis testimonio: quia innumerabiles omnibus sæculis fuerunt, interq; eos plurimi Principes ingenio, doctrina, diuitijs, nobilitate: qui pro testanda fide Christiana cruciatus acerbissimos sustinuere; ipsamque mortem oppetiere.

37 Ex effectis ea veritatis Christianæ signa inter alia sumi possent. 1. Sanctitas morum, quam fides Christiana parit in suis cultoribus. cui sanctitati nulla aliarum sectarũ probitas comparari potest. quod si plurimi inter Christianos sunt, qui mali sunt: hoc ipsum *Signa sumpta ex effectis.*

signum maximum est christianæ veritatis; quod fidem mordicus retinent etiam ij, qui vitijs dediti sunt. 2. Ordo mirabilis, qui cer- 38
nitur in Hierarchia ecclesiastica. 3. Idolola- 39
triæ abolitio, ac morum renouatio; quam Euãgelij prædicatio nullis humanis viribus, paucis annis, à paucis hominibus, ijsq; rudibus, & ignobilibus, & iniucunda sensui prædicantibus, in totum orbem inuexit.

De Fidei obscuritate.

Sunt & alia plurima, quæ adduci possunt, 40
argumenta ad probandum propositionem Ecclesiæ esse à Deo. ex quibus facile intelligitur aliarum sectarum doctrinam nõ posse esse à Deo: quia non habent ea argumenta; & si quæ habent, ea non sunt solida. Quæ argumenta parient fortasse in aliquibus euidentiam: certè in cuiusque hominis intellectu bene dispositi efficient euidentiam credibilitatis, id est, suadebunt euidenter esse credibile Propositionem, ac doctrinam Ecclesiæ esse verbum Dei. *o* Sed sciendum Fidem Chri- 41
stianam non niti his argumentis. tum quia eadem Christiana doctrina docet fidem esse donum Dei; ac proinde, non posse eam nobis inseri per rationes, & argumenta è naturali lumine sumpta. tum quia interdum viri docti, qui ingenio pollent, fidem Christianam non recipiunt, neque cum eis hæc argumẽta à Catholicis proponuntur: experimur enim vt plurimum hæc argumenta non mouere ad assensum, nisi adsit prius affectus voluntatis, qui est motus Dei. tum quia veritas, quæ in ratione, ac lumine naturali fundatur, non est infallibilis, vt veritas Fidei, quæ diuino

o S. Th. 1. p. q. 1. a. 8.

dicto

dicto nititur: debet autem doctrina, quæ ad vltimum hominis finem spectat, & ad æternam vitam, esse infallibilis: at si his argumentis niteremur, Fides nostra non haberet maiorem certitudinem, quam habet humana scientia. tum quia rudium multitudo innumerabilis omnibus sæculis Fidem Christianam recepit; quæ non est adducta ad eam recipiendam, nisi rationibus quibusdam, quæ in viris doctis non parerent credibilitatem. tum quia ipsi viri docti experiuntur post receptam Fidem maius in ea lumen, quam quod parere possint hæc argumenta: immo interdum perturbari, & angi, cum ad hæc argumenta recurrunt; ac se maxime quietos, & iucundos cum diuinæ veracitati, & obiectis à Fide propositis adhærent, nihil de his

42 argumentis cogitantes. Quia ergo diuina prouidentia suauis est, & in hominum salute, hominum ipsorum cooperationem requirit; & vt in esse naturali, ita etiam in esse gratiæ vult homines ab hominibus pendere, vt in 4. dist. dictum est: ideo ad Fidem in nostris animis inserendam voluit Ecclesiæ propositionem adhiberi, & argumenta credibilitatem suadentia, plura, pauciora, pro cuiusque captu; vt conditionem, sine qua ipse Fidem non infunderet: vt se habet approximatio ignis ad lignū, vt ignis producatur in ligno.

43 Ex quo intelligitur rationem nostram naturalem, & lumen argumentorū ad nihil aliud deseruire in fide Christiana, quam ad certos nos reddēdos, quod rationabiliter credimus: nullam autem lucem trāsfundere ad motiuū,

seu ad rationem formalem fidei, quod est diuinum dictum: ac proinde intelligimus diuinum dictum respectu luminis naturalis esse nobis obscurũ; licet respectu luminis supernaturalis, quod secum affert, sit nobis valde clarum, vt omnes fideles experimur.

Fidẽ esse donum Dei.

p S.Th.2.2. q.6.

p Hoc autem modo credere, quia Deus dicit, cum nescias Deum dicere, nisi quia ipsa fides docet Deum dicere; & credere cum tãta certitudine, cum quanta Christiani credunt; quod est cæco modo, vt ita loquar, quamquam rationabili, credere: actus est supra vires naturales, & donum Dei. 44

De effectibus Fidei.

Nunc, qui sint Fidei Christianę effectus, & quæ vitia ei contraria, videamus. Effectus fidei sunt 1. Actus spei, charitatis, & cæterarũ virtutum; qui bonorum operum nomine nũcupantur, & media sunt ad æternam felicitatem consequendam. Cum enim bona opera pendeãt à voluntate, vt sint meritoria, vt in 6. dist. dictum est; voluntas autem pendeat ab intellectu, quatenus nihil potest esse ab ea volitum, nisi fuerit cognitum: necessaria est in intellectu cognitio supernaturalium, idest, fides, vt volũtas velle possit opera supernaturalia, qualia sunt opera bona meritoria. 45

est ergo fides fons operum bonorum. ex quo non sequitur solam fidem esse satis ad salutẽ, sed esse necessariam ad salutem. cum enim medium ad salutem sit obseruatio diuinorũ præceptorum: præcepta autẽ nos habeamus, non solum de fide, sed etiam de alijs operibus. necessarium est alia etiam præcepta obseruare, ne à diuina amicitia, ac proinde à sa- 46

lute

47 lute decidamus. 2. Effectus est Fidei, mentis illuminatio. quam post Fidei receptionem, maximam experimur in diuinis intelligen-
48 dis; ac etiam in percipiendis humanis. 3. Proficiscuntur à fide effectus alij. quorum multos inter signa credibilitatis enumerauimus, inter quos elucet *q* Fidei testificatio, & confessio; quæ fit verbis, aut factis.

q Lege S. Th. 2. 2. q. 3.

De vitiis Fidei contrariis.

49 Ex dictis facile intelligi possunt vitia Fidei contraria. Quorum omnium genus est *r* Infidelitas: quę multas habet species pro varijs modis, quibus cõtingit à diuino dicto recedere, cui nititur Fides. pręcipuè sũt, Atheismus, Gẽtilismus, Iudaismus, Mahometismus, Apostasia, Hęresis, Schisma. Atheismus, tollit omnino Deũ. Gẽtilismus ponit falsos Deos. Iudaismus negat iã venisse Messiã, idest, Christum, & illũ vẽturũ expectat. Mahometismus negat Baptismũ, & Christi diuinitatẽ, & sacra Christiana. *s* Apostasia deserit sacra Christiana post receptũ Baptismũ, & Fidẽ Christianã. *t* Hęresis, admisso Christo, & Baptismo, nunc vnũ, nunc aliud obiectũ negat in Fide Christiana. Schisma, quatenus infidelitas est, species quędã est Hęresis, & admissis Christianis sacris omnibus, negat Romanũ Episcopũ esse caput Ecclesiæ. Cum his vitijs numeratur *u* Blasphemia, q̃ cõfessioni Fidei est cõtraria, quatenus verbis, vel alijs signis ostẽdit aliqd,
50 quod Dei perfectioni cõsonũ non est. *x* Inter infidelitatis effectus cẽsetur Cœcitas mentis; q̃ contraria est illuminationi, quã parit Fides; causaq; est multorum malorum. Hęc, quę de Fide diximus, fient Scripturis sacris clariora.

r Leg. S. Th. 2. 2. q. 10.

s S. Th. 2. 2. q. 12.

t S. Th. 2. 2. q. 11.

u S. Th. 2. 2. q. 13.

x S. Th. 2. 2. q. 15.

DI-

DE SPE.

Quid sit.

SPes, est appetitio boni futuri ardui, posſibi- 1
lis ad obtinendum.
a Bonum abſolute cõ- 2
ſideratum excitat amorem: bonum abſens, deſiderium: bonũ abſens ad obtinendum facile; quia ita in imaginatione ſe habet, ac ſi eſſet

a S.Th.1.2. q.26.& 30.

pręſens; cauſat delectationem. *b* Bonum ab- 3
ſens arduum, ideſt, apprehenſum vt difficile ad obtinendum; ſi ſimul apprehendatur vt poſſibile, ideſt, vt habens media nobis poſſibilia ad obtinendum illud: excitat actum ſpei. vt contra mouet ad deſperationem; ſi
vt nobis impoſſibile apprehẽdatur. eſt enim 4
Deſperatio motus quidam, quo appetitus quaſi victus difficultate adipiſcendi boni, re-
fugit ab illo, æſtimato vt impoſſibili. Ex ijs, 5
quæ in Spe, qui eſt actus appetitus ſenſitiui, nos ipſi experimur; intelligere facile poſſumus quæ pertinent ad ſpem, qui eſt actus, & habitus voluntatis, ſupernaturalis, & chri-
ſtianus. Secũdum ergo analogiam ad actum 6
ſpei ſenſitiuum, cõſideranda ſunt in actu ſpei chriſtianæ obiectum, motiuum, principium, proprietates, effectus, natura, vitia contraria,

b S.Th.1.2. q.40.a.1.& 4.

ratio

ratio excitãdi ſpem,& contrarios actus frenandi.

7 Quod ſit obiectum Spei Christianæ, intelligitur ex bonis, quæ Fides Christiana docet eſſe hominibus à Deo ad acquirendum propoſita. Principale autem bonũ eſt viſio beatifica, ſeu bonũ ſummum, qui eſt ipſe Deus, intuitiue videndum in cælo, vt in 2.& 5.diſt. dictum eſt. Quæcunque ad hoc bonum attributionem dicunt mediorum, vt gratia, virtutes, bona opera; quia ex principalis obiecti ratione participant; ad ſpei obiectum pertinent. Speramus ergo ſpe Christiana *c* felicitatem æternam, diuina auxilia, gratiæ, ac virtutum infuſionem, bona opera. quæ obiecta maximàm arduitatem habent: quia ea bona non poſſunt viribus naturalibus acquiri, vt in 2.& 5.diſt. explicatum eſt. *De obiecto Spei.* c S.*Th*.2.2. q.17.*a*.2.

8 Vt ergo hæc bona excitent voluntatẽ noſtram ad ſpei actum formandum, debent apprehendi vt poſsibilia. Habemus autẽ ad ita apprehendendum motiua veriſsima: quippe quæ à fide Christiana proponuntur, quæ eſt *De Motiuo Spei.*
9 certiſsima. *d* Motiua autem ſunt, primũ promiſsio Dei de his nobis bonis largiẽdis. quæ promiſsio non poteſt eſſe fallax: tum quia Deus habet veracitatem infinitam: tum quia infinita eius bonitas eſt, qua ad largiendum d S.*Th*.2.2. q.17.*a*.5.
10 propendet. neque timendum eſt vllo vnquã tempore eam promiſsionem reuocandã eſſe ob noſtram ingratitudinem,& peccata. nam antequam Deus ea nobis bona promitteret in Scripturis ſanctis, præſciebat ab æterno peccata noſtra: & tamen ob ſuam bonitatem

ea bona promisit, & auxilia ad reuocandum nos à peccatis, & ad reducendum in suam amicitiam. Præterea pro nostris in Deum 11
offensis quibuscunque, & pro visione beatã Dei acquirenda à quocunque, & pro medijs quibuscunque ad perueniendum ad illam; sufficientissimum est à Christo pretium solutum, & infinito valore ea præmia excedens, vt in 3. dist. dictum est. quod pretium est acceptatum à Deo: quippe cui multis ante secu-
lis Deus ea præmia promiserat. Motiua ergo 12
ad spem christianam excitandam sunt, infinita Dei bonitas, infinitus valor meritorum Christi, promissio Dei. quæ motiua sunt certissima, cum fidei Christianæ nitantur; quæ certissima est.

De Principio spei.

13 Ex quo intelligitur Principium, vnde Spes oritur, esse Fidem. Non enim potest voluntas vllum actum formare, nisi præcedat in intellectu cognitio de illius actus obiecto. Cognitio autem de Spei, quæ est actus voluntatis, obiecto, quod est visio beatifica, & media ad illam; est ipsa Fides Christiana, vt paullo ante dictum est.

De Spei proprietatibus.

14 Ex his rursum intelligitur præcipua Spei christianæ proprietas; quæ est firmitas, seu adhæsio immobilis. e Est enim spes actus, quo adhæret voluntas bono futuro arduo
possibili. Bonum autem, & boni possibilitas, 15
quæ à Fide proponuntur, sunt nobis summe certa ob dictum Dei: ergo nobis non potest rationabiliter aliquid proponi, quod diuertere debeat voluntatem nostram ab adhærendo summo bono, & medijs ad illud acqui-

e *S. Th. 2. 2. q. 18. a. 4.*

quirendum; quæ actu christiano speramus. Adhæsio ergo Spei affert immobilitatem.
16 Restat solum, vt post formatum actum spei, ad mediorum executionem veniamus; quæ sunt bona opera. quæ executio à libera nostra voluntate dependet, vt in 6. dist. dictum est. Decreuit enim Deus non dare nobis vi-
17 tam æternam, nisi cooperantibus nobis. Cum autem ad hanc mediorum executionem, seu cooperationem nostram habeamus à Deo gratiam sufficientem: nihil nos deterrere de-
18 bet à bene operando. Porrò cum duo sint in obiecto Spei, Possibilitas, & Futuritio; de ratione Spei non est, vt apprehendatur futuritio, vt patet in spe sensitiua bestiarum. Vt sit verus actus Spei christianæ, non est necessarium immobiliter inhærere futuritioni obiecti; satis est firmiter adhærere possibilitati. Potest. n. esse cum firma spe, formido de futuritione: quia ea dependet ex nostra cooperatione, ac libertate; quæ cum diuina auxilia sunt sufficientia, licet possit cum illis cooperari; nunquam tamen cooperabitur. Ex quo non deperit firmitas spei circa possibilitatē: quia possum cooperari, & possum habere auxilia efficacia, si per me non steterit. Solet tamen Deus dare aliquibus donum Fiduciæ firmæ circa futuritionem.

De effectibus Spei.

19 Ex quibus intelligimus, quæ sint effecta, quę à Spe procedunt. Sunt enim bona opera, quæ media sunt ad æternam felicitatem con-
20 sequendam. Inter bona opera principem locum tenet obseruatio diuinorum præceptorum. multa autem præcepta nobis imposita

sunt

sunt de suscipiendis Sacramentis: quæ Deus voluit esse instrumenta, quibus nobis per Christi merita infunditur gratia, qua ius ad vitam æternã acquirimus. Inter effecta Spei 21
videri cuipiam possent numerandi actus Fiduciæ christianæ. Est autem actus fiduciæ appetitio boni futuri ardui possibilis ad obtinendum, cogitati vt possibilis ad obtinendum ex vehementi opinione facultatis ad obtinendum. qui actus dicitur christianus, quatenus est circa bonum, & facultatem ad illud obtinendum, quæ à Fide Christiana proponuntur; qualia sunt visio Dei, auxilia diuina, Sacramenta, Christi merita, & his similia. Sed is actus non Spei effectus; sed ipsa Spes est: vt nemo non videt. f Est autem effectus Spei actus ille, qui Timor seruilis à Theologis appellatur: quo timemus Deum, & ab eius offensa auertimur; ne per eius iustitiam ab æterna felicitate decidamus, & inferorum pœnis addicamur. 22

f S.Th.2.2. q.19.

Quid sit Spes.

g Est autem Spes Christiana, complacentia quędam de summo bono, ad amorem spectans non amicitiæ, sed concupiscentiæ; seu species quædam concupiscentiæ, non amicitiæ. Concupiscentiã vocamus eum amorem, quo aliquod bonum prosequimur, non propter ipsum, sed propter cõmodum nostrum. Amorem amicitiæ appellamus eũ amorem, quo erga bonum afficimur propter ipsum bonum, non referentes illud ad commodum nostrum. Amore amicitiæ Deum amamus, cum eum diligimus quia perfectus est, cum ei gloriam optamus, cum eius fieri volunta- 23 24 25

g S.Th.2.2. q.17.a.3.

tem

26 tem ei cupimus. *h* Sed amor eſt cõcupiſcentiæ,ideſt,amor non Dei,ſed noſtrum ipſorũ; cũ de eo complacemus quatenus nobis vtilis,ac delectabilis eſt;cum eius poſſeſsionem deſideramus.ad hoc genus amoris Spes Chriſtiana pertinet. *i* Qui amor honeſtus eſt,etiã ſi finem explicitum non Deum habeat, ſed noſtrum commodum: quia habet intrinſecum ordinem ad Deum vt ad finem vltimũ; ac proinde poteſt explicitè ordinari vltimò ad Deum. nam obiectum huius actus, ideſt, poſſeſsio Dei per viſionẽ intuitiuam,eſt magna communicatio diuinæ bonitatis, quæ proinde cedit in magnam gloriam Dei,& ea communicatio eſt à Deo volita propter bonum noſtrum; & volitus etiam à Deo actus Spei,quo tantum bonum nobis procuramus; quia præceptum naturale nobis indidit ad noſtrum bonum procurandum, quod non ſit contra diuinam voluntatem. k quidquid autem cedit in gloriam Dei, & ſecundum Dei voluntatem eſt; ad Deum ordinatur vt ad vltimum finem: ac proinde licitum, & hone-

h *S.Th.2.2. q.17.a.3.*

i *S.Th.2.2. q.17.a.1.*

k *S.Th.1.p. q.6. a.1. ad 2.*

27 ſtum eſt. eſt autem Spes Chriſtiana actus ſupernaturalis: quia obiectum habet intuitiuã viſionem Dei;quod naturę viribus neque acquiri, neque futurum cognoſci poteſt.

28 Porrò Spes Chriſtiana duo habet vitia contraria,Deſperationem,& Pręſumptionẽ. Cum enim Spes ſit quædam proſecutio finis ſupernaturalis per media à Deo ſtatuta, cum viribus noſtris non poſsit ille finis acquiri: duobus modis contingit à rectitudine huius actus deficere defectu ad ſpecificam huius

De vitiis Spei oppoſitis.

actus

actus rationem pertinente; nempe aut fugiendo Dei visionem, & media ad illam vt impossibilia; aut conando illam prosequi per media, quæ scimus non habere vim ad illam consequendam.

De Desperatione.

l S.Th.2.2. q.20.

29 l Defectus primi generis, Desperatio appellatur: qua auertimur ab æterna felicitate; & à medijs ad illam consequendam; quia putamus diuina auxilia nobis non affutura.

De Praesumptione.

m S.Thom. 2.2.q.21.a. 1.

30 Peccatum secundi generis dicitur Præsumptio; *m* qua vel tendimus ad vitã æternam, per media nostras vires non excedentia, cum tamen non sit nostrarum virium ad illam peruenire; aut per aliquam Dei virtutem, quam Deus nunquam est pollicitus, vt si quis speraret à Dei misericordia veniam sine pœnitentia, aut gloriam sine meritis.

De modo excitandi spem.

31 Ex ijs, quæ hactenus dicta sunt, colligitur Ratio excitandi spem, & contrarios actus frænandi. Excitatur enim propositione boni, ac iucunditatis, quæ consequuntur nobis ex visione beatifica; & diuinorum beneficiorum jam nobis collatorum; & infinitæ misericordiæ, qua Deus præditus est; & infiniti valoris operum Christi pro nobis exhibitorum; & pollicitationum à Deo factarum. Quę autem paucis in hac distinctione dicta sunt, explicatius, ac fusius habentur in sacris Scripturis.

DISTINCTIO NONA.

DE CHARITATE.

Siue

De Amicitia christiana.

1 AMicitiam moralem, quæ
intercedere solet inter
homines, Philosophi de-
finiũt, Amorem beneuo-
lentiæ mutuum cognitũ.
2 Obiectum amoris Bonũ
aliquod est. Vt autem
Amoris moralis, ac na-
turalis obiectum, est bonum naturale, ac mo-
rale: ita cum bonum est supernaturale; Amo-
3 ris supernaturalis obiectum est. Cum autem
bonum duobus modis amare possimus, vel
propter ipsum, vel propter commodum no-
strũ; id est, vel amore beneuolentiæ, vel amo-
re concupiscentiæ: cum de hoc in Deũ amo-
re, quem Spes Christiana includit, in præce-
dente dist. dictum sit; in hac dist. de Beneuo-
lentiæ erga Deum amore dicendum est, quē
4 Charitatem appellamus. Totam autē dispu-
tationem ex analogia moralis Amicitiæ, quę
similitudo quædam est amicitiæ supernatu-
ralis, deducemus.
5 Principio ponendum est, esse diuinæ boni-

Quid sit Charitas, & quod eius obiectũ.

tati valde consentaneum, vt in Deo sit voluntas, quæ est amor quidam maximus, tribuẽdi creaturis intellectualibus felicitatem supernaturalem, idest, visionem boni summi, actus puri, qui est ipse Deus. hoc sacræ Scipturæ asseuerãt; & rationes in 2. & 5. dist. sunt allatæ. Cum autem ex sua bonitate, vt in eisdem 6
dist. dictum est, decreuerit Deus sui visionem non tribuere creaturis intellectualibus, nisi sub ratione præmij, ac mercedis: debẽt creaturæ intellectuales bona opera facere, illius visionis meritoria, illiq; consentanea. Opus 7
autem præcipuum, ac maxime cõsentaneum, est amor, quo redamatur amor Dei; per quem Deus tantum bonum suæ visionis, qua ipse beatus est, largiri nobis decreuit. quam redamationem, vt nemo non videt, exigit ex natura rei vt sibi debitam, ac proinde vt præceptam, tantus in nos amor Dei. *a* Hæc autẽ 8
redamatio nõ potest à creaturis intellectualibus formari sine Dei auxilio. quia obiectũ huius redamationis est Amor Dei, ac voluntas dandi nobis intuitiuam cognitionẽ actus puri: quæ, cum non possit esse naturaliter; non possumus de ea certi esse; ac proinde nõ possumus illum Dei in nos amorem certò cognoscere, nisi per doctrinam fidei, quæ est donum Dei, vt in 7. dist. dictum est. est ergo 9
ea redamatio actus quidam supernaturalis, tum ratione obiecti, qui est amor Dei, ac voluntas dandi bonum supernaturale; tum ratione causæ efficientis, quæ est auxilium diuinum non debitum naturæ creatæ. Debet 10
autem ea redamatio perseuerare in nobis:

a *S. Th. 1. 2. q. 109. a. 3. & 2. 2. q. 24. a. 2.*

quia

quia semper perseuerat in Deo voluntas dā-
di nobis sui visionem; ac proinde semper in
11 nobis perseuerat debitum redamandi. Debet
ergo in nobis esse aliqua potentia, quæ incli-
net ad hunc actum redamationis. non potest
autem esse in nobis ad illum vlla potētia na-
turalis. *b* Ergo congruū est produci in nobis b *S.Th.* 1.2. *q.* 62. *a.* 1. *et*
à Deo aliquam potentiam supernaturalem. *q.* 110. *a.* 2.
12 ea est habitus Charitatis. *c* Omnis autem *et* 2.2. *q.* 23.
potentia ordinem dicit ad aliquam essentiā, *a.* 2.
vt ad principium, ac radicem à qua procedit, c *S.Th.* 1.2.
& cui deseruit ad efficienda opera ipsi essen- *q.* 110. *a.* 3.
tiæ congruentia. Omnis enim essentia est ad *&* 4. *&* *q.*
operandum. 114. *a.* 2.

13 Radix autem, ac essentia, à qua Charitatis
habitus oritur, est Gratia iustificans. quæ est *Quid sit Gratia iustificans.*
primaria quædam, fundamentalis ac radica-
lis participatio diuinæ naturæ in ordine,
graduque supernaturali; idest, quatenus diui-
na natura participabilis est à nobis super-
naturaliter respectu intuitiuæ visionis ipsius.
14 Est autem ea supernaturalis essentia diuinæ
naturæ participatio; *d* accidens quoddam, d *S.Th.* 1.2.
animæ nostræ *e* a Deo infusum, & inhærens; *q.* 110. *a.* 2.
reddens illam Deo gratam, & ordinans il- e *S.Th.* 1.2.
lam ad intuitiuam visionem actus puri, idest, *q.* 112. *a.* 1.
Dei.

15 Non enim potest esse substantia. *f* quoniam *Esse non posse substantiam supernaturalem creatam.*
non potest esse vlla substantia creata, cui cō-
naturaliter cōpetat intuitiua visio actus puri,
vt competit habenti gratiam iustificantem vt
16 habenti illam. Nam intuitiua visio actus puri
est operatio quędam vitalis, & expressa quę-
17 dam repræsentatio actus puri. Operatio, &

f S.Th.1.p. q 12.a.4. et 3.c.g.c.52. §.5. Ferrar.ibidem.

g S. Th. 3. c.g.c.52. §. 2. & 3. & 1.p.q.55.a. 1.

h Vide sup. dist.5.n.38.

modus operationis sequitur naturā operantis, à quo procedit, & quod perficit: nulli autem substantiæ creatæ, cum non sit actus purus, competit intuitiue videre actum purum.
18 g Expressa repræsentatio alicuius obiecti vt illud est, nō potest esse vt à causa principali, nisi ab habente formaliter, aut eminēter perfectionem illius obiecti: at nulla substantia creata habet perfectionē actus puri. 19 h Non potest ergo esse vlla substantia creata, cui competat connaturaliter visio actus puri vt agenti principali. 20 Neque vero potest competere vt agenti, vel vt subiecto instrumentali. omne enim instrumentum ex natura sua arguit defectum in agente principali: vt inductione colligimus in omnibus instrumentis naturalibus; & in supernaturalibus, quæ tribuuntur à Deo ad supplendum defectum nostrum, vt sunt Sacramēta tributa Ecclesiæ, vt gratiam conferant; & lumen gloriæ infusum intellectui vt Deum videat. & suadet ea ratio. Quia si agens principale non indigeret instrumento, instrumentū esset ex natura sua superfluum, ac otiosum. 21 Iam si dicis substantiam creatā respectu visionis actus puri esse ex natura sua instrumentum connaturale: ergo alicuius alterius substantiæ est instrumentum vt agentis principalis. at nulla datur substantia creata, quæ possit esse agens principale respectu visionis actus puri, vt supra probatum est: ergo illa substantia, quam dicis esse connaturale instrumētum respectu visionis actus puri; est cōnaturale instrumentum respectu substantię increatæ, idest, ipsius

actus

actus puri, nempe Dei. Ex quo colligeretur manifestè defectus, & indigentia instrumentorum in Deo: quod est falsum. Falsum igitur est posse dari vllam substantiam creatam, cui vel vt agenti principali, vel vt instrumēto connaturaliter competat visio actus puri.

22 Ergo gratia iustificans, seu quidquid illud est, cui vt cuidam radici connaturaliter competit visio intuitiua Dei; non substantia, sed accidens est; ordinatum non ad perficiēdum actum purum, seu Deum; sed ad perficienda entia intellectualia creata, & ad ea eleuanda in ordinem diuinum; vt ordinantur alia, quibus Deus vtitur vt instrumentis, quale est lumen gloriæ, quod beatis infundit.

De obiecto formali, ac materiali Charitatis.

23 Ea porrò gratia, cum sit radix, ac principium nostrę redamationis in Deum, vt supra dictum est: rationem habet redamationis radicalis.

24 Non potest autem Deus eam redamationem non amare: cum ea sit participatio eius bonitatis, & essentiæ.

25 Is autem amor Dei, quo illam redamationem amat, est quædam redamatio: cum eius obiectum sit noster amor, seu redamatio.

26 *i* Ex quibus colligimus intercedere veram amicitiam supernaturalem inter Deum, & homines, qui sunt in gratia. Intercedit enim redamatio, idest, mutuus amor beneuolentię cognitus, respectum habēs ad bonum supernaturale visionis intuitiuæ actus puri: vt ex tota superiore ratiocinatione intelligitur.

i *S.Th.* 2.2. q.23.a.1.

27 Ex his intelligimus quid sit Charitas, & quid eius obiectum. *k* Est enim in nobis amor supernaturalis, cuius obiectum est Amor Dei,

k *S.Th.* 2.2. q.25.

quo Deus nobis vult intuitiuam visionem sui. Is amor Dei est ratio formalis obiecti Charitatis. 28 Quidquid auté à nobis amatur, quod sub hac ratione amatur, aut quatenus respectum habet ad hāc rationem: id ad materiale obiectum Charitatis spectat. Ea porro, quæ 29 sub hac ratione, aut secundum respectum ad hanc rationem, amantur, sunt, tum ipse Deus vt amans nos eo amore dandi nobis sui visionem, & vt amans nos ipsum redamantes, & vt principium, & causa efficiens redamationis nostræ, idest, charitatis, & gratiæ, & vt principium visionis beatificæ in nobis. tum ipsa dona Dei, vt effectus procedentes à Dei amore illo, quo vult nobis largiri visionem sui. tum nos ipsi amati à nobis vt obiecta illius diuini amoris, & vt ordinati ab eo amore ad visioné Dei. tum ceteri homines, & Angeli vt amati à nobis ob eandem rationem, qua nos ipsos amamus, vt paullo ante dictum est. Quidquid autem in Deo, aut in 30 nobis, aut in alijs entibus amatur; quod non amatur ratione illius amoris diuini in nos, quem supra diximus: id non videtur ad charitatis, & amicitiæ supernaturalis obiectum attinere; sed ad obiectum vel amoris naturalis in Deum, vel proximos, vel ad obiectum amoris concupiscentiæ, ac spei.

Quid sit Charitatis subiectum.

31 Ex his rursum intelligimus quodnam sit, ac possit esse amicitiæ supernaturalis subiectum. idest, inter quæ entia possit amicitia supernaturalis intercedere. Posita enim diuina bonitate, ac liberalitate; qua statuit Deus creaturis intellectualibus sui beatam visio-

visionem largiri:ex ratiocinatione principio proposita clarè colligitur, inter Deum, & creaturas intellectuales, intercedere posse, ac debere amicitiam supernaturalem. Nam tantus Dei in nos amor exigit nostram redamationem: quam rursum Deus non potest non redamare, cum ipsius donum sit, & participatio bonitatis ipsius. Quamuis ergo infinita sit inter Deum,& creaturas intellectuales in nobilitate distantia: quia ea distantia à diuina bonitate superatur, quæ statuit sui visionem creaturis intellectualibus communicare: iam nihil prohibet amicitiam supernaturalem inter Deum, & creaturas intellectuales intercedere.

32 Rursum ex dictis intelligimus quodnam Charitatis principium sit. Est enim diuinum beneficium à diuino in nos amore proficiscens,per fidem cognitum: quod beneficium statuit ab æterno Deus in nos aliquãdo conferre; nempe beatam nobis sui visionem largiri, ac media ad tantum bonum acquirendum. quo beneficio, & amore excitatur noster in Deum amor, qui Deum allicit ad nos redamandum. atque ita perfecta inter nos, *De principio Charitatis.*

33 & Deum amicitia existit. Principium autem amicitiam cum Deo conseruans,est obseruatio diuinorum præceptorum. Læditur enim ius diuinum, cum Dei præcepta non obseruantur: quod est, quantum est ex parte nostra,tollere à Deo bonum ipsi debitum.Boni autem debiti ablatio, mali rationem habet. malum autem alteri illatum, odium excitat. Ne igitur vnquam Dei in nos odium excite-

tur, Dei à nobis præcepta obseruanda sunt. Iuris autem diuini conseruatio quibuslibet 34 creatis bonis præferenda est: quia bonum diuinũ infinito interuallo superat cetera bona. ideo primum præceptum est, Amare Deum super omnia. Inter autem diuina præcepta 35 dilectio proximi numeratur. quia præcipimur amare Deum. non censetur autẽ Deum amare, qui non amat bona, quæ amat Deus. eodem autem quo erga nos, & in proximos nostros amore fertur Deus. quibus vt & nobis ab æterno voluit beatam sui visionem tribuere.

De effectibus Charitatis.

Complacentia de gloria Dei.

Nunc ad Charitatis effecta veniamus. Primus effectus, qui ex amore in Deum ori- 36 tur, est voluntas, seu complacentia, & desiderium diuinæ gloriæ. Gloriæ autem diuinę nomine intelligimus manifestationem, & cognitionem diuinæ bonitatis. Ea porro com- 37 placẽtia diuinæ gloriæ, actus quidam est Beneuolentiæ, quæ primus est amicitię effectus. l Beneuolentia enim est actus voluntatis, quo alteri bonum volumus. Amicus autem vult amico bona illi congruentia. Bonum autem primo omnium principio, idest, Deo, maxime congruens, est bonitatis eius manifestatio.

l S.Th.2.2. q.27.a.2.

Diuinae gloriae procuratio.

Secundus effectus, qui ab hoc primo pro- 38 manat, est ipsa diuinæ gloriæ procuratio, quantum est ex nobis. Vera enim amicitia omnia, quę potest, bona communicat, & procurat amico. quidquid autem habet rationem boni respectu Dei, ad diuinam gloriam attinet. i. ad diuinę bonitatis manifestationẽ.

Ter-

39 Tertius effectus, est vnio. Cum enim amicitia nexus quidam sit voluntatum, & vnio intentionalis: effectum sibi similem producit vnionem intentionalem. Est autem duplex vnio intentionalis, altera per intellectum, altera per voluntatem. Vnio ergo, tertius diuinæ amicitiæ effectus, duplex est. *m* Alter respectu intellectus: qui est contemplatio Dei præsentis. estq; consuetudo quædam cum Deo dilecto. trahit enim amicitia ad mutuam amicorum consuetudinem inter *Contēplatio, & Cōformitas cum diuina volun tate.*

m S.Thom. 2.2. q.180. a 1. & a.7. ad 1.

40 se. Huic effectui alius effectus coniungitur, qui donum sapientiæ appellatur; de quo in 6.dist.dictum est. Datur autem hoc donum à Spiritu sancto habentibus gratiam, & charitatem, ad contemplandum, & intelligendum diuina; & ad praxim charitatis in Deū, nempe ad exercendos actus amoris, conformitatis cum diuina voluntate, procurationis

41 diuinæ gloriæ. Alter vnionis effectus est respectu voluntatis: estq; conformitas nostræ voluntatis cum voluntate diuina. est enim amicorum idem velle, idem nolle.

42 Ex quo effectu oritur quartus; qui non solum effectus, sed etiam principium est charitatem conseruans: nempe iuris diuini conseruatio. Conseruatur autem ius diuinum, cum nostra voluntas à diuina voluntate non discrepat in ijs, quæ à nobis agenda præcipit. *Cōseruatio iuris diuini.*

43 Atque hic effectus quintum charitatis effectum includit, nempe actionem bonorum operum. Quamquam enim multa bona opera ex charitate procedunt, quæ non sunt præcepta. *Actio recta.*

cepta. magna tamen pars, eaq; ad diuini iuris conseruationem faciens, ad diuinorum præceptorum obseruationem pertinet.

Imitatio morū diuinorum.

Sextus effectus est Imitatio morum diuinorum. Amor enim, cum sit vnio, ad vnionē inclinat; ac proinde ad ea, quæ maiorem faciunt vnionem. Facit autem maxime vnionem similitudo extremorum vniendorum. Amicus ergo verus intendit in se exprimere amici similitudinem, quantum fieri potest, vt nexus amicitiæ sit maior. Maxima autem similitudo cum Deo est Imitatio morum diuinorum. 44

Volēs Deus esse veram amicitiam inter ipsum, & homines, sui similitudinem in eis expressit, producens eos intellectuales: & vt eos ad amicitiam supernaturalem euehat, producit in ipsis habitū gratiæ, qua Deo maxime similes reddimur; seque hominibus similem effecit, formam ipsorum in se recipiens, idest, humanam naturam. 45

Gaudiū spirituale.

Septimus charitatis effectus est *n* Gaudium, & spiritualis delectatio Oritur autem ea delectatio tum ex consideratione summi boni, ipsius Dei nobis præsentis, quem diligimus: quam cōsiderationem excitat ipse amor in Deum. tum ex consideratione amoris, quo nos amat Deus: quem amorem ex eius beneficijs intelligimus. tum ex ipsa actione bonorum operum, quę agimus vt Deo placeamus, eique iucundi simus. recte autem agere iucundissimum est. 46

n *S. Th. 2. 2. q. 28. a. 1.*

Pax.

Octauus effectus est *o* Pax, idest Conformitas voluntatis nostræ cum voluntate nostrorum proximorum. eam pacē efficit charitas 47

o *S. Th. 2. 2. q. 29. a. 3.*

ritas tum quatenus cauet ne ius diuinũ lædatur; quod facile est per discordiam lædi. tũ quatenus charitas in proximos vnio quædam est amoris, qui vnionem facit voluntatum, vt idem velint, idem nolint, vt supra dictum est.

48 Nonus effectus est *p* Misericordia, idest, Tristitia de malo alieno æstimato vt proprio. Oritur is effectus ex amore charitatis: quia cum eo amore proximos amemus vt nos ipsos; de eorum proinde malo tristamur **Misericordia.** p *S.Th.2.2. q.30.*

49 vt de malo nostro. Ex misericordia porro multi affectus oriũtur, qui opera misericordiæ appellantur. in quibus principem locum obtinet *q* Correctio fraterna, qua remediũ adhibetur peccato proximi, quatenus malum quoddam est ipsius peccantis. q *S.Th.2.2. q.33.a.1.*

50 Decimus effectus charitatis est Beneficẽtia; *r* qua facimus bonum proximis nostris. Facimus enim eis bonum: quia eis bonũ volumus. volumus autem eis bona: quia eos amamus. Bona autem, quæ in proximos con ferre possumus, sunt eadem bona, quæ operibus misericordiæ continentur. **Beneficẽtia.** r *S. Th.2.2. q.31.a.1. et q.32.a.1.*

51 Ex his, quæ hactenus dicta sunt, intelligere facile possumus rationem vitiorum, quæ Charitati, & charitatis effectibus opponuntur. Charitati enim opponitur & *s* odium **De vitiis Charitati oppositis.**

52 Dei, & odium proximi. Gaudio contraria est tum Acedia, tum Inuidia. *t* Acedia, vt vitium est charitati contrarium, est Tristitia de bono diuino, de quo Charitas gaudet. *u* Inuidia, est tristitia de bono proximi, quod æstimatur vt malum proprium, quatenus est dimi- s *Lege S. Thom. 2.2. q.34.* t *S.Th.2.2. q.35.a.2.*

u Id. 2.2. diminutiuum propriæ gloriæ, vel excellen-
q.36.a.1. tiæ. Paci opponuntur Discordia,Contentio, 53
x Ibid.q.37. Schisma,Rixa, Bellum, Seditio. *x* Discor-
a.1. dia quatenus Charitati contraria,est auersio
voluntatis à voluntate aliorum, dissentiendo
à bono diuino,& à bono proximi,in quo cũ
aliorum voluntate debet consentire.
y Ibid.q.38. *y* Contentio, est voluntaria impugnatio ve- 54
a.1. ritatis: quæ verbis fit. *z* Schisma,est volun- 55
z Ibid.q.39. taria sui separatio ab Ecclesiæ vnitate, quã
a.1. Charitas efficit. *a* Bellum, quatenus contra- 56
a Ibi. q.40. rium Charitati,est illicita impugnatio alicu-
a.1. & q. ius communitatis, quæ armis fit ab habente
42.a.1. publicam auctoritatem. *b* Rixa,bellũ quod- 57
b Ibid.q 41. dã est, quod inter priuatas personas agitur.
a.1. *c* Seditio,est in eadem politica communita- 58
c Ibi. q.42. te contradictio vnius partis cõtra aliam par-
a.1. tem,vel contra communitatis caput. Benefi- 59
d Ibi. q.43. centiæ scandalum opponitur, *d* quod est di-
a.1. ctum,vel factum minus rectum, præbens al-
teri occasionem ruinæ. Stultitia sapientiæ 60
e Ibi. q.46. contraria est. *e* & rationem habet vitij,qua-
a.1.& 2. tenus homo sua culpa in res terrenas affici-
tur, & ita redditur sensus eius ineptus ad
percipiendum diuina.

DE PRVDENTIA.

Siue
De recta ratione bonorum operum.

1 HOmo, vt æternam salutem consequatur, debet *Quid sit Pruden-*
opera bona agere. *tia.*
2 Principium autẽ operum bonorum ex parte
nostra, est liberum arbitrium, seu voluntas,
vt in 6.dist. dictum est.
3 *a* Voluntas autem ex se cæca est, indigens a S.Th.2.2.
cognitione intellectus, eiusdemque directio q.47.a.1.2.
4 ne ad recte agendum. Triplex autem est vo- 3.
luntatis actus circa opus agendum; nempe,
voluntas ipsius operis agendi, Electio mediorum
operi agendo cõgruentium, & vsus,
seu applicatio potentiarum ad agendũ opus.
5 Pro triplici hoc actu, triplici intellectus
cognitione, ac ratione indiget voluntas, vt
recte operetur. *b* Prima cognitio habetur à b S.Th.2.2.
ratione naturali & à Deo Secundam autem, q.47. a.6.
& tertiam cognitionem, & habitus ad eam
inclinantes, Prudentiæ nomine nuncupamus,
c quam definire possumus, Rectam rationẽ c Arist. 6.
agi-

agibilium. Agibilium autem nomen in hac 6
dist. accipimus pro operibus dependentibus
à nostra libera voluntate vt operante cum
aduertentia rationis. de quibus operibus fu-
se in 6.dist.dictum est. ergo Prudentia *d* du- 7
plicem actum habet. *e* Vnum quo supposita
intentione, ac voluntate finis, & operis boni;
ratiocinamur circa media, inquirendo illa,
& examinando quid valeãt ad finem: & hac
inquisitione posita, concludimus quid sit
agendum. is actus Consilium, seu Delibera-
tio, seu Consultatio appellatur: & ex duplici
actu cõstat, vt patet, *f* Inquisitione, seu quæ-
stione; & Iudicio *g* Alterum prudentia, ma-
xime sibi proprium actum habet, Imperium:
quo cum intimatione quadã sibi homo pro-
ponit quid agendum sit; vt in 6.dist. explica-
tum est.

Ex his facile deducimus quod sit obiectũ 8
Prudentiæ. est enim, *h* Singulare agibile cõ-
forme appetitui recto. Agibile quidem: quia
Prudentia est ratio operum agendorum, non
speculandorum. opera vt speculabilia sunt,
scientiæ, ac sapientiæ obiecta sunt. Ex quo
intelligimus ea, quæ non cadunt in actionem
nostram, vt Deus, vt Angeli, vt anima, vt cæ-
lum: non esse proprie obiecta Prudentiæ; li-
cet fines obiectorum prudentiæ possint esse,
idest, id propter quod opus bonum fit & rur-
sum intelligimus omnes actiones, quæ à no-
stris potentijs procedunt, vt dependent à vo-
luntate nostra agente cum aduertentia ra-
tionis; Prudentiæ obiecta esse: quia agibiliũ
rationem habent. *i* Dictum autem est, Agi- 9
bile,

Eth. c. 1. S. Th. 2. 2. q. 47. a. 2.

d *Vide hac fusius d. 6.*

e *S. Th. 2. 2. q. 47. a. 7.*

f *S. Th. 1. 2. q. 57. a. 6.*

g *S. Th. 2. 2. q. 47. a. 8. Vide Summam Ethicæ d. 1. q. 4. prop. 1. §. 4.*

De Prudentiae obiecto.

h *S. Th. 2. 2. q. 47. a. 3.*

i *Arist. 6.*

bile, quod eſt obiectum Prudentiæ, Singulare quid eſſe. Cum enim Prudentia ſit ratio operis à voluntate efficiendi: omnis autem operatio circa quid determinatum, ac ſingulare verſetur: neceſſario quod à Prudentia dirigitur eſt quid ſingulare. ergo agibilia, quæ non vt ſingularia, ſed ſub ratione vniuerſali voluntati ab intellectu proponuntur: ab intellectu illa, non vt Prudentiam, ſed vt ſynderesim, aut diuinam fidem habente, proponuntur. vt ſunt illa: Recte agendum, Nullius ius violandum, Cibo temperate vtendũ, Quod tibi non vis, alteri ne feceris; & his ſimilia. quæ fines ſunt, quos ſibi Prudẽtia proponit vt terminos ad quos ordinat ſua obiecta, ideſt, agibilia ſingularia.

Eth.c.8.
Vid.Burid. 6.Eth.q.16.

10 k Porro omne ſingulare, quod agitur; neceſſario, cum agitur, circumſtantias connotat. non enim fieri poteſt, vt quod fit, nõ habeat & cauſam efficientem, ideſt, perſonam, à qua fit; & terminum intrinſecum actionis; & materiam, ſeu ſubiectum, in quo verſatur actio; & inſtrumẽtum aliquod, vt ſunt animi potentiæ, quo fit; & finem, ad quem actionis terminus ordinatur, ſiue ex ſe, ſiue ab operante; & modum actionis; & locum, in quo fit actio; & tempus, quando fit. ergo obiectum Prudentiæ quatenus ſingulare agibile eſt, circunſtantionatum eſt. Cum enim Prudentia ſit recta ratio agibilium: ſingulare autem agibile rectè agi non poſſit, niſi omnes eius circunſtantiæ conſiderentur: debet neceſſariò Prudentia ſui obiecti circunſtantias conſiderare.

De circũſtantiis.
k *Ariſt.3. Eth.c.1. Cicero in Top. & in Partit. S.Th.1.2. q.7.a.3.*

Re-

De Prudentiae Regula.

Regula autem, quam Prudentia spectare 11
debet, vt opus rectè fiat secundum omnes cir cunstantias; est appetitus rectus. Appetitum rectum dicimus voluntatem, quatenus honestum finem intendit. Posita ergo intentione finis honesti, debet Prudentia & opus proponere illi fini congruens, & inquirere media tali operi conueniētia, & vrgere ad operis executionem. Ratio autem, cur regula 12
Prudentiæ, ad quam debet opus, quod agendum præscribit, conformare; sit appetitus rectus; ea est. quia appetitus rationalis datus est homini à Deo, quasi manus, ad trahēdum ad nos bonum, quod nostræ naturæ rationali conueniens est, vt rationalis est: itaque appetitus rationalis est inclinatio quædam ad bonum hominis, vt homo est, idest, vt est agens vtens ratione. Quia vero hic appetitus est 13
liber, & sæpissime contingit ipsum à sensu, qui sæpissime non consentit cū ratione; trahi ad obiecta non congruentia rationi: necessarium est vt sit in nobis aliquid dirigens hunc appetitum in actione operum, quæ agit; ne ea sint rationi difformia. Id, quod eum appetitum in actione operum dirigit, est Prudentia, vt supra dictum est. ergo Prudentia cum appetitum dirigit, debet spectare rectā ipsius appetitus inclinationem. Recta autem 14
inclinatio est, quæ tendit ad bonum honestum, & conueniens homini vt homo est. Regula igitur Prudētiæ est appetitus rectus. Ex quo intelligimus esse verum, ac rectum 15
agibile id, quod præscribitur à Prudentia conforme rectæ intentioni voluntatis, etiam

si non

si non sit à parte rei conforme ipsi fini, qui intenditur à voluntate. Suum enim agibile Prudentia nō tenetur cōformare fini, sed rectæ intentioni finis. Non enim potest intellectus noster, qui nobis à Deo tributus est ad intelligendum quæ à nobis agenda sunt; aduertere omnia, quæ sunt à parte rei: satis est vt aduertat quæcunque aduertere potest adhibita diligentia, quam debet adhibere; modo semper finem rectum spectet, idest appetitum rectum.

16 Ex his, quæ de obiecto dicta sunt, facile intelligimus quod sit subiectum Prudentiæ, idest, qui sint ij, in quibus vera, & perfecta Prudentia reperitur. 1 Primum enim vera Prudentia non potest in ijs reperiri, qui fide Christiana carent. quia cum ij errent in ratione vltimi finis; contingit proinde multis modis errare in ratione finium non vltimorum, qui debent ordinem habere ad finem vltimum. quare contingit eorum appetitum non veros fines intendere, ac proinde nō esse rectum. non potest ergo in ijs Prudentia esse, idest, ratio, quæ præscribat agibilia recto appetitui conformia. quod si interdum contingit eorum appetitum, rectum aliquem particularem finem intēdere; & rationem præscribere agibile ei intentioni conforme: talis ratio, imperfecta quædam Prudentia est; nō perfecta, de qua agimus. vera enim Prudētia dicitur, quæ virtus est: falsa, quæ non ad bonum, sed ad malum finem, per imitationem veræ Prudentiæ, solerter, & proinde idonea media adhibet. Prudentia perfecta est, tum

De Prudentiae subiecto.

1 S.Th.2.2. q.47.a.12. 13.14. Greg.Valē. 1.2.d.5.q.7. p.2.

17

M ratio-

ratione actus, quia non sistit tantum in consilio, & iudicio, sed ad imperiũ efficax progreditur; tum ratione finis, quia non in vna tantum actione, aut negotio bonum finem sibi proponit, sed in toto humanæ vitæ instituto. Rursum vera, & perfecta prudentia nõ 18
potest in hominibus malis, sed tantum in bonis reperiri; idest, in ijs, qui habent in appetitu omnes habitus virtutum moralium, saltem præcipuarum, & quæ ad omnes pertinere possunt. Nam ad perfectam Prudentiã spectat in quouis casu, de quouis agibili secundum rectam rationem in particulari cõstituere: at experiẽtia docet ita vnumquemque solere in particulari aliquid sibi bonum esse iudicare, vt est affectus ad illud. ergo nisi ad omne bonum agibile sit affectus, quod habetur per virtutes morales, per quas homo bonus fit; nõ potest in quouis agibili prudenter in quouis casu iudicare. Præterea, vt Prudentia rectè præfigat media vni virtuti, debet spectare fines aliarũ virtutum, ne illis vlla ratione ea media sint disconuenientia: alioquin ea essent deserenda, quippe non consona rationi. at vt rectum iudicium de ea disconuenientia feratur, debet homo esse bene affectus erga fines aliarum virtutum. ergo perfecta bonitas requiritur in homine, vt perfectè prudens sit. Iam ij mali, qui ha- 19
bent in appetitu multos habitus vitiorum; cum in Dei amicitiam veniunt, & iustificantur, infundũtur illis simul cum gratia omnes virtutes morales: quæ cum sint supernaturales, & alterius rationis, non expellunt ab ap-
petitu

petitu malos habitus acquisitos. licet ergo mali habitus inclinent ad fines malos: diuina tamen auxilia, gratiæ, & virtutibus infusis respondentia, inclinant, & mouent appetitū ad fines rectos. ea inclinatione, ac motu posito, contingit in iustificatis veram, & perfectā prudentiam reperiri, etiam si habitus vitiorum nondum ab ipsorum appetitu per contrarios actus, & habitus acquisitos expulsi

20 sint. Porro Prudentia perfecta (de acquisita agimus) neque in iuuenibus esse potest. Nam Prudentia versatur circa singularia, vt supra dictū est. ergo acquiritur per actus frequentatos circa singularia: qui actus alio nomine dicuntur experientia. at experientiam circa omnes casus particulares, qualem perfecta Prudentia requirit, longitudo tēporis affert: quæ proinde in iuuenibus esse non potest. ergo nec perfecta prudentia. Et quamuis seniorum doctrina multum iuuet: experientia tamen opus est, vt Prudentia existat perfecta.

De iis, ex quibus Prudentia oritur.

21 Ex dictis deducimus principia, ex quibus Prudentia oritur, & per quæ crescit, & conseruatur. ea quatuor videntur esse. *m* 1. *n* Natura, tum ratione synderesis, quæ circa vniuersalia principia practica versatur: quibus Prudentia vtitur ad maiorem propositionem formandam in suo syllogismo, per quem cōcludit, ac statuit de particularibus agendis, tum ratione temperamenti, quod in quibusdam est aptius, quam in alijs & ad consultādum, & ad iudicandum, *o* & ad virtutes quasdam morales, cum quibus, vt supra di-

m *Quæ sequuntur ex nostra Ethicæ summa sunt.*

n Valent. t. 3. d. 4. q. 1. p. 5.
o S.Th.1.2. q.63.a.3.
p Arist. 6. Eth.c.8. & 11.
q Idē ibid. c.11. S.Greg. Naziaz.orat. ad Nicobulum. Cassian. collat. 2. c. 10.

ctum est, Prudentia connexionem habet. tum ratione prouectæ ætatis, quæ ob diuturnum experimentum, magnum habet ad Prudentiam præsidium. 2. Prudentiæ principium 22
est *p* experientia, quæ de similibus, aut dissimilibus casibus docet simili, aut dissimili modo iudicare. *q* Ad hoc principium attinet exemplum bonum, & eruditio seniorum, ac sapientum: qui sua experientia, & sapientia iuniorum experientiam supplent. Hoc principio Prudentia vtitur ad minorem sui syllogismi propositionem formandam. 3. Princi- 23
piũ est rectus appetitus affectus, qui magna ex parte pendet à virtutibus moralibus. ab eo autem Prudentia pendet tum quoad deliberationem, & iudicium, tum quoad imperium, vt supra dictum est. Quare cũ affectus in appetitu pergunt esse praui, prudentia corrumpitur, præsertim circa præcipuũ eius actum, quod est imperium. 4. Principium est 24
gratia. Quatenus enim iusti habent gratiam instificantem, habent simul cum gratia infusas sibi virtutes morales, & dona Spiritus sancti: quæ cum habeant rationem potentiarum supernaturalium comitantium gratiam, exigunt à Deo auxilia ad agendum opera homini iusto congruentia. Inter virtutes infusas vna est Prudentia, quæ exigit auxilia diuina, quibus intellectus humanus iuuetur ad operandum actus Prudentię congruentes homini vt homo est, & vt iustus est. Inter dona, vnum est donum Consilij, quod exigit motum Spiritus sancti sibi congruentem. est autem is motus illustrationes, & iudicia

pra-

practica ab ipso Spiritu sancto in intellectu nostro producta; r & Consilia quædam ab ipso Spiritu sancto accepta de ijs præsertim agendis, quæ superant humanam rationem. Nunc quæ sint Prudentiæ proprietates videamus.

r *S.Tb.*2.2. *q.*52.*a.*1.*et* 2.

De Prudentiae proprietatibus.

25 Proprietas omnibus Prudentiæ actibus communis est, Conformitas cum appetitu recto, vt supra explicatum est. Quam conformitatem cum alijs quibusdam proprietatibus in actu consultationis ita possumus explicare. vt bonum sibi finem proponat; & media ad illum assequēdum licita inquirat; ne preceps in deliberando sit, quod ex vehementi cupiditate cōtingere solet; ne nimium tarda, sed matura, & lentè festinans; vt tempestiue ad consultandum accedat, ne rei be-

26 ne gerendæ occasio dilabatur. s Prudentiæ proprietas vt ad imperium inclinat, est Solicitudo, idest, celeritas in operando, & exequendo id, quod est consultatum à ratione, & definitum per actum iudicij. Nam cum quid rectè in particulari consultatum, & definitum est, nihil superest, nisi vt fiat. Pertinet ergo ad munus, laudemque Prudentiæ sine inutili mora illud voluntati, ac executiuę potentię proponere efficaciter per imperiū,

s *S.Tb.*2.2. *q.*47.*a.*9.

27 vt executioni mandetur. Cauendum est tamen ab inquietudine mentis circa superflua, & inutilia; circa quæ tarditas potius laudatur, & cunctatio, qualis in magnanimo esse solet.

28 His positis, ad Prudentiæ partes considerandas, ac numerandas veniamus. Dictum

De Prudentiae partibus integrantibus.

est supra Prudentiæ duos actus esse; Consultationem mediorum; & imperium. t Sciendũ est in his actibus plures actus includi, qui respectu illorum duorum vt partes integrãtes se habent. quia vt sine aliqua parte corpus integrante, vt est manus, vt pes; non est corpus perfectum: ita non est perfectus vsus Prudentiæ sine ijs actibus, quos mox numerabimus.

t *S.Th.2.2. q.49. Vid.Burid. 6.Eth.q.18.*

Memoria.

29 Primus actus est Memoria, quæ est Cognitio præteritorum quæ necessaria est ad perfectum vsum Prudentiæ. Pendet enim Prudẽtia ex experientia: experientia est habitus ex frequentatis experimentis relictus: *u* experimentum autem ex pluribus memorijs pendet, idest, ex pluribus cognitionibus singularium, quæ eodem modo contigerunt. Hinc fit, vt qui sunt male memores, sint minus prudentes; vt in senibus decrepitis contingere solet.

u *Arist. 1. Met.c.1.*

Intelligentia.

30 Secundus Intelligentia. ea est Cognitio præsentium, seu rectus sensus singularium. sine quo non potest esse perfectus vsus Prudentiæ: quia non potest esse perfectũ iudiciũ de agendis, & praxis singularium, nisi intellectus rectum sensum habeat de illis. vt enim fines vniuersales, ita & particulares se habent vt principia, è quibus deducitur praxis circa illos. Hic intelligentiæ actus, & habitus alio nomine Intellectus, & Mens, & Sensus appellatur. Mens, & intellectus, quia immediate cognoscit singularia contingentia sine discursu. Appellatur autem sensus, etiam si ad intellectiuæ animæ partẽ pertineat: quia ver-

versatur circa singularia contingentia, circa quorum multa versantur potentiæ sensitiuæ.

31 Porro is habitus differt ab habitu, qui etiam intellectus appellatur, & à synderesi: quia hi versantur circa prima principia, & circa fines in communi.

32 Tertius Docilitas. est Cognitio per alterius doctrinam, siue Habitus inclinans ad suscipiendam eruditionem aliorum. Suscipitur autem illa vel voce, vel scriptis libris. Requiritur autem Docilitas ad perfectam Prudentiam: quia sæpissimè contingit in multis propriam nos experientiam non habere. ea ergo supplenda est per eruditioné aliorũ. Docilitas secundum aptitudinem est à natura: sed perficitur studio, dum sollicitè, frequenter, ac reuerenter inducitur animus ad audiendum, aut legendum documenta maiorum; nec ea ex ignauia, vel superbia negliguntur. *Docilitas.*

33 Quartus Solertia. est Cognitio per propriam inuẽtionem bene coniecturando. seu, x Bona, & velox coniectatio. seu Habitus inclinans ad repente inueniendum quod cógruit. Differt à Consultatione. quia illa est cum ratiocinatione: Coniectatio autem non ratiocinatur. Iuuat autem Prudentiam, quia iuuat rectam consultationem. Cum enim particularia, circa quæ Prudentia versatur, non sint satis nota; coniecturis quoque in illorum dijudicatione vtendum est. *Solertia.* x *Arist. 6. Eth. c. 9.*

34 Quintus Ratio. est cognitio per illationem vnius ex alio. seu, Habitus ad bene argumentandum inclinans. Pendet autem ex illa per- *Ratio.*

fectus Prudentiæ vſus, tum quia Prudentia verſatur circa ſingularia, quæ non ſunt ſatis per ſe nota: quare oportet illa per alia notiora cognoſci. *y* tum quia Conſultatio, qui eſt ſecundus Prudentiæ actus, non eſt ſine ratiocinatione.

y Ariſt. 6. Eth. c. 10.

Prouidẽtia.

Sextus *z* Prouidentia. eſt ordinatio aptorum mediorum ad finem. ſeu, Habitus ad hanc ordinationem inclinans. Differt ab Imperio. quia Prouidentia formaliter poſita eſt in ordinandis ad finem medijs rectè conſultatis, & iudicatis: imperium autem poſitum eſt in præcipiendo executionem huius ordinis. Quia verò hoc præceptum, qui eſt præcipuus Prudentiæ actus, ſupponit ordinationem: ideo Prouidentia eſt pars valde neceſſaria Prudentiæ. eſt pars pręcipua, quia iuuat actum præcipuum: & ideo ſolet interdum Prudentia denominationem ſumere ab hac principali parte integrante imperium, & appellari Prouidentia. 35

z S. Th. 1. p. q. 22. a. 1.

Circumſpectio.

Septimus Circumſpectio. eſt accurata conſideratio circumſtantiarum. quæ neceſſaria eſt ad perfectam Prudentiam: quia Prudentia verſatur circa ſingularia contingentia; quæ, vt habeant debitam mediorum conuenientiam cum fine, pendent à circumſtantijs. neceſſaria ergo eſt, non ſolum Prouidentia, quæ ordinat media ad finem: ſed etiam Circumſpectio, quæ comparat id, quod ad finem ordinatur, etiam cum ijs, quæ illud circumſtant. 36

Cautio.

Octauus Cautio. eſt prouiſio quædam, & machinatio aduerſus mala contraria, quæ 37

ob-

obſtare bonis conſilijs poſsint. eſt neceſſaria Prudentiæ: quia in contingentibus operabilibus, circa quæ Prudentia verſatur, bona plerunque impediuntur à malis, & mala habent bonorum ſpeciem: quibus cautione occurritur. Hæ ſunt Prudentiæ partes integrantes.

De Prudentiae generibus.

a S.Th.2.2. q.50. Ariſt. 6. Eth.c.8.

38 a Diuiditur autem Prudentia in quinque
genera, quæ partes ſubiectiuæ dici à Philoſophis ſolent. Cum enim Prudentia ſit Recta ratio agibilium; quinque autem ſint agibilium genera: quinque quoque contingit eſſe genera Prudentiæ. Bonum enim agibile, aut eſt bonum particulare, ac proprium; aut bonum commune aliorum. Triplex autem eſt communitas, ac proinde bonum ad eam ſpectans, genere diſtinctum: Familia, Reſpublica, Exercitus. Rurſum bonum communitatis alio modo eſt agibile à ſuperiore, alio modo à ſubdito. reſpicit enim ſuperiorem vt dirigibile ab ipſo, ſubditos vt ab illis operabile. & rectam agendi rationem diuerſam exigit in ſuperiore, diuerſam in ſubditis; diuerſas in vtriſque experientias; terminos etiam directionis immediatos diuerſos, cum ſuperior alios, ſubditi ſeipſos dirigant in ordine ad bonum commune. Quinque igitur ſunt Pru-
39 dentiæ genera. Prudentia particularis, quæ
verſatur circa bonum particulare propriũ.
40 Militaris, quæ circa bonum commune exer-
41 citus. Oeconomica, quæ circa bonum com-
42 mune domus. Politica regnatiua, quæ eſt in
Principe circa bonum commune ciuitatis,
43 aut regni. Politica ſimpliciter dicta, quæ eſt

in

in ſubditis circa idem bonum commune ciuitatis, aut regni. Quamquam autem bonum particulare, ac proprium, quia triplicem difficultatem, ac ardui rationem habet; triplex virtutum moralium genus conſtituit, Iuſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam: Ratio tamen rectè agendi in his tribus virtutibus moralibus, nō videtur debere triplex Prudentiæ particularis genus conſtituere. nam in cuiuſuis harum trium directione debet omnes circumſtantias conſiderare; ac proinde debet conſiderare obiecta omniū aliarum virtutum; ne aliqua circumſtantia ſit, quæ non ſit conſona alicui ex alijs virtutibus; ac proinde id, quod præſcribitur agendum, non ſit rectum, ac rationi conſonum. ergo ratio rectè agendi in ſingulis virtutibus moralibus non eſt tam diuerſæ rationis, vt videri poſsit debere diuerſa Prudentiæ genera conſtituere. 44

De vitiis Prudentiae contrariis.

Ex his facile poſſumus intelligere rationes vitiorum Prudentiæ contrariorum. Cum enim Prudentia ſit recta ratio agibilium: omnis agibilium ratio non recta, erit Imprudentia, vitium Prudentię contrarium. & cum tres ſint Prudentiæ actus præcipui, nempe Conſultatio, Boni agibilis propoſitio, & Imperium; & octo actus, qui ſe habēt vt partes integrantes: totidem continget eſſe actus, & vitia Imprudentiæ, ſi actus hi recti non fuerint. *b* Inter vitia ergo Prudentiæ contraria numerari ea ſolent. 45

b *Vide S. Th. 2. 2. q. 53. 54. 55.*

Malitia.

1. Malitia. cum ſcienter proponitur voluntati proſequendum agibile non rectum. 46

Hoc

Hoc autem accidere solet ex culpa ipsius voluntatis, quę inordinatè amat aliquod bonum, quod cognoscit esse contrarium bono rationis.

47 2. Præcipitatio, seu temeritas. quæ rectæ inquisitioni, seu consilio opponitur; quatenus consilij motu præcipiti descendit ad actum imperij, non transeundo per gradus quosdam, per quos ei transeundum est prius quam ad imperium veniatur. gradus autem medij sunt, memoria præteritorum, intelligentia præsentium, solertia in considerandis futuris euentibus, ratiocinatio conferens vnum alteri, docilitas, per quã quis acquiescit consilijs maiorũ. Actus ergo consilij, qui difformis est rectæ rationi, quia aliquo ex his actibus caret; Præcipitationis actus est. *Praecipitatio.*

48 3. Incõsideratio. qui est defectus recti Iudicij; quatenus quis in recte iudicando deficit, quia contemnit, aut negligit attẽdere ea, ex quibus rectum iudicium procedit. *Inconsideratio.*

49 4. Inconstantia. est recessus rationis à bono iudicio, seu à bono proposito definito. eo actu repudiat ratio id, quod recte acceptauerat. est autem is actus, & vitium Imperio contrarium: quia quis dicitur inconstans, quoniam ratio deficit in præcipiẽdo ea, quę sunt consiliata, & iudicata. *Incõstantia.*

50 5. Negligẽtia. opponitur solicitudini, quatenus ratio non est solicita vt præcipiat ea, quæ debet; vel eo modo, quo debet. *Negligẽtia.*

51 6. Prudentia carnis. Cum actus prudentiæ contra ordinem rationis habẽt pro fine bonum temporale, præsertim sensus. *Prudentia carnis.*

7. Astu-

Astutia. 7. Astutia. Cum ratio ad finem siue bonũ, siue malum consequendum vtitur non veris modis, sed simulatis, & apparentibus. Excogitatio ergo horum modorum, ac viarum, est Astutia: executio autem astutiæ vocatur Dolus, ac Fraus. quamquam Dolus latius patet, quam Fraus. quia Dolus est executio astutiæ, siue fiat verbis, siue factis. Fraus autẽ solis factis fit. 52

Superflua solicitudo. 8. Superflua solicitudo. vitium est Solicitudini, quæ est Prudentię proprietas, contrarium; quatenus soliciti sumus vel circa ea, de quibus esse soliciti non debemus, quia contraria sunt rationi; vel quatenus studium superfluum adhibemus, etiam si licita sint ea, circa quæ adhibemus; vel quatenus ex timore non rationabili soliciti sumus; vel quatenus eo tempore soliciti sumus, quo soliciti esse non debemus. 53

DI-

DISTINCTIO VNDECIMA.

DE IVSTITIA.

1 IVſtitia à iuſto nominatur. Iuſtum autem eſt *Quid nominis.*
æquale, ſeu æqualitas
inter duo, quæ diſtincta
ſunt inter ſe. Quare
Iuſtitia eſt actus, & habitus
inclinãs ad faciendum
iuſtum. Iuſtum
autem, ſecundum rectam rationem, faciendum
eſt inter ea, inter quæ eſt exigentia vt
2 inter ipſa iuſtum fiat. ea autem iuſti exigẽtia
Ius appellatur. cui ſemper in altero extremo,
ſeu termino reſpondet Debitum. nihil
enim à quoquam iure exigitur, quod ei de-
3 bitum non ſit. Quia verò ea exigentia diſtin-
ctionem ſupponit inter extrema, inter quæ
iuſtum faciendum eſt: quò maior eſt inter
extrema diſtinctio; eò maior inter ea iuris
ratio eſt; ac proinde maior iuſti ratio, & maior
ratio Iuſtitiæ ad iuſtum faciendum incli-
4 nantis. Porrò, quia Iuſtitia, de qua nunc agimus,
virtus moralis eſt: iuſtum, circa quod
illa verſatur, iuſtum morale eſſe debet; ac
proinde in extremis, inter quę iuſtum faciendum
eſt, debet eſſe ius, & debitum morale.
tale autem Ius, & Debitum non poteſt eſſe,
niſi in entibus intellectualibus, quæ appetitũ
ha-

habent operantem cum aduertẽtia rationis; qualia sunt Deus, Angeli, Homines. Homi- 5
nis autem actiones triplicem debiti moralis rationem habere possunt. vnum ad ipsam ra-
a S.Th.1.2. q.113.a.1. tionẽ rectam, cui conformari debent. *a* alterum ad diuinam voluntatem, cui debẽt obedientiam. tertium ad alios homines, quibus
multa debere solemus. triplex ergo Iustitiæ 6
ratio considerari potest inclinantis ad iustũ faciendum. & ij quidem actus, & habitus, qui versantur circa faciendum iustum inter nostras actiones, & nostram rationem rectam; iustitiæ nomine appellari solent ob id iustũ, quod faciunt. sed magis proprie illis aliarum virtutum nomen conuenit: quia omniũ virtutum est hoc iustum facere, & conformare
b S.Th.2.2. q.57.a.1. et q.58.a.2. actiones cum ratione. *b* Non est autem omnium virtutum iustum facere respectu aliorum, seu versari circa reddendum debitum Deo, & nostris proximis exigentibus illud.
De hoc Iustitiæ genere nunc agitur: quæ ma- 7
gis proprie Iustitia dicitur, quia personarum distinctionem supponit, inter quas iustum fit;
quæ magna distinctio est. Ex his, quę de con- 8
fusa iustitiæ notione dicta sunt, deducimus distinctè ea, quæ de Iustitiæ ratione, obiecto, subiecto, generibus, vitijs oppositis, fusè disputari à Theologis solent.

De ratione formali Iustitiae.

Principio ex dictis intelligimus quid sit 9
Iustitia. *c* est enim voluntas, & habitus ab ea voluntate productus, qua volumus iustum vnicuique tribuere; idest, id, quod suo iure vnusquisque exigit. quæ ratio ex obiecti explicatione melius intelligitur.

c S.Th.2.2. q.58.a.1.

Est

10 Est autem obiectum Iustitiæ, Iustum, seu Æquale. Iustum autem duos habet terminos, ex quibus constat; nempe Ius, & Debitum.

De Iustitiae obiecto, ac de Iure.

Ius autem duplex est, Altum, & Particu-
11 lare. Ius altum dicitur illud ius, quod est in Communitate, vel in Superiore respectu particularium personarum, quatenus partes cõmunitatis sunt, & ipsi communitati, vel superiori subiectæ. Ius particulare appellatur, exigentia debiti, quam habet persona particularis respectu alterius personæ particularis, aut superioris, aut communitatis.

De Iure Alto.

12 2. Rursum Ius, aliud legale, seu legitimũ; aliud priuatum, seu particulare. Legitimum est, quod est lege definitum. Lex autem est rectum rationis practicæ decretum, à superiore sufficienter sancitum, & constitutum, vt ex eius vi debeat necessariò modus aliquis siue in re, siue in actione propter commune bonum adhiberi.

De Iure legali, & particulari.

13 Ius particulare nunc intelligimus illud, quod non ex aliqua communi lege; sed ex particulari pacto, & cõuentione aliquorum, determinatum est. vt quando duo inter se paciscuntur de alicuius rei pretio, quod neque lege constitutum sit, neque legi contrarium, & illud æstimant rei esse æquale.

14 d Rursum Ius aliud naturale, aliud positiuum. Ius naturale est, quod est naturali lege determinatum, nempe secundum ipsam naturam rerum. vt ab accipiente mutuo ab altero tria, esse is tria reddenda. Ius positiuum est, quod respicit debitum nõ ex natura rei, seu lege naturali; sed aliqua alia lege, quæ

De Iure naturali, & positiuo.

d *S.Th.2.2.q.57.a.2.*

illud

illud debitum ponit, vt lege ciuili. vt cum ciuili lege taxatur pretium, quo vendi res aliqua debet.

De Iure diuino, et humano.

4. Alia Iuris diuisio est in Diuinum, & Hu- 16
manum. Ius diuinum est, quod diuina lege determinatum est. lex autem diuina complectitur tum legem naturalem; quia rerum naturæ à Deo sunt; tum quamcũque legem positiuam immediate à Deo latam. Ius huma- 17
num proprie est rectum decretum rationis, conuenienter legi naturali, & æternę per ratiocinationem aliquam probabilem ab habente publicam auctoritatem sancitũ, præscribens aliquid, quod sit à subditis necessario seruandum.

De Iure gentium, & ciuili.

5. Diuiditur Ius humanum in Ius gentiũ, 18
& Ius ciuile. Ius gentium, quamuis aliqui interdum sumant pro ea lege naturali, quæ deducitur per consequentiam ex per se notis: proprie tamen est dictamen, quod ex altera saltem pręmissa deducitur, non quidem euidenter nota, sed ita probabili, vt facile omnes gentes in eam, atque adeo in ipsius conclusionem consenserint. ita ius gentium est aliquod ius humanum, & à naturali distinguitur. Ius ciuile, est lex humana, quæ 19
longius à principijs legis naturæ abest, eo quod licet vnam pręmissam habeat euidentem, alteram tamen, quæ est probabilis, non habet valde apertam, & facilem ad assentiẽdum, cum pendeat ex consideratione circũstantiarum magis particularium, quę sunt variæ in alijs, atque alijs ciuitatibus, vel prouincijs, vel regnis. atque ita ius ciuile nõ est

idem

idem inter omnes gentes, sed apud varios varium, & proprium.

De Iure arithmetico, & geometrico.

e S.Th.2.2. q.61.a.2.et 3. Arist. 5. Eth.c.2.3.4.

20 6. *e* Rursum diuiditur Ius in Arithmeticum, & Geometricum. Dicitur arithmeticum, cum ius habet cum debito sibi respondente proportionem arithmeticam: quia Ius, & debitum habent inter se æqualitaté, quam habent duo ęquales numeri inter se, vt quinque, & quinque. Huius Iuris positio pendet ex contractibus, & commutationibus tum spontaneis, tum inuitis.

De Contractibus.

21 Spontanei contractus (qui soli cõmuniter
contractuum nomine appellari solent) sunt:
Venditio, & Emptio, qua fit commutatio rei
22 pro pecunia. Vsusfructus, cum quis concedit
gratis fructificãtis rei vsum cum debito red-
23 dendi eandem rem. Accommodatum, cum
gratis conceditur vsus rei non fructificantis,
24 cum debito reddendi eandem numero. Mu-
tuum, cum conceditur gratis vsus rei non
fructificantis, cum debito reddendi eandem
25 specie, non numero. Locatio, & Conductio,
cum conceditur pro pretio vsus rei, cum de-
26 bito eãdem reddendi. Depositum, cum con-
ceditur res vt conseruetur, & postea redda-
27 tur. Impignoratio, cum quis concedit rem
ad firmandam obligationem satisfaciendi, vt
28 scilicet si non satisfiat, retineri possit. Fidei
iussio, cum quis simpliciter se obligat ad satisfaciendum pro altero. & his similes.
29 Dicuntur autem hi contractus sponte fieri: quoniam horum negotiorum principium sponte instituitur.

30 Eorum autem, qui nobis inuitis fiunt, alij

De Maleficiis, seu Delictis.

sunt clandestini, vt Furtum, Adulterium, Veneficium, Lenocinium, serui alieni deceptio, aut corruptio, cædes dolo illata, falsum testimoniũ, detractio: alij violenti, à vi aperta; vt verbera, vincula, mors, rapina, debilita- 31
tio corporis, maledicentia, contumelia. hæc 32
omnia, maleficia dicuntur. Est autem maleficium, seu delictum genus quoddam contractus, tum quia qui iniuriam faciunt, & accipiunt, contrahere quodammodo inter se videntur: tum quia qui damnum infert alteri, quasi contrahit cum lege, vt ablatum restituat, & præterea pœna plectatur.

De Iure Commutatiuo.

Iuris ergo arithmetici origo sunt Con- 33
tractus: quia ex contractibus nascitur, vt inter ius, & debitum fiat æqualitas, & iustum, quale debet fieri inter duos numeros inęquales, vt ad æqualitatem redigantur. Inæquales enim duo numeri ad æqualitatem rediguntur, cum ex maiore numero tãtum demitur, & minori additur, quãtum satis est ad ęqualitatem inter eos faciendam. ita in contractibus fit iustum, cum ab habente rem alterius non plus demitur, & alteri tribuitur, quam quantum alteri debetur. Hoc Ius alio nomine Commutatiuum dicitur; & quatenus est in contractibus inuitis, Emendatiuum appellatur.

De Iure Distributiuo.

Ius autem Geometricum, idest geometri- 34
cam proportionem in suo iusto exigens, est, quod habet in iusto eam æqualitatem, quam habent duæ æquales proportiones inter se, vt duplum, & duplum. talis æqualitas est inter proportionem numeri senarij ad ternarium,

rium, quem duplo excedit; & proportioné
numeri octonarij ad quaternarium, quem
35 duplo item excedit. Huius generis iustum
exercetur in distributionibus bonorum com-
munium in eos, qui sint partes communita-
tis; cum quantò vnus alterum merito, & di-
gnitate excedit; tantò ei plus, quam alteri,
de bonis communitatis attribuitur. vt enim
æqualis proportio est inter sex, & octo; quia
vt sex duplo excedunt tria, ita octo duplo
excedunt quatuor: ita iustum fit inter duos
ciues, cum eis bona communia distribuuntur
secundum eam proportionem, qua vnus al-
36 terum merito, & dignitate superat. ex quo
intelligimus in iusto arithmetico faciendo
non esse spectandum nisi respectum Iuris ad
debitum: in iusto autem geometrico esse etiã
considerandum respectum, quem in ratione
æqualitatis, vel inæqualitatis habet vnius ius
ad ius alterius. & de Iuris diuisionibus satis.
37 f Iuri autem debitum respondet. Debitum *De Debito.*
autem duplex, alterum dominij, alterum de-
centiæ. Debitum dominij dicitur, quod alte-
ri debetur ex dominio, quod habet ad illud: *f S.Th. 1.2.*
vt debentur domino bona furto sublata, & *q.60.a.3.*
venditori debetur ab emptore pretium rei
38 emptæ. Debitum decentiæ, quod debitum
morale nominatur, est illud, quod alteri de-
betur, non ob dominium, sed ex decentia. vt
amico ab amico officia debentur. non habet
autem amicus in amici officia dominium.
39 2. Rursum Debitum aliud reale, aliud pœ- *De Debito poenali.*
nale. Pœnale dicitur debitum, quod debet
alteri solui sub ratione vindictæ; idest, quod

malum aliquod infert soluenti in vindictam, seu compensationem mali, quod ipse alteri intulit. Omnis autem male agens habet hoc 40
debitum pœnale: quia omnis male agens infert malum saltem bono communi. tum quia lædit, & quantum est ex parte sua tollit Ius, quod habet Deus in nostras actiones vt rectè fiant, & iuxta eius rationem, & legem: tū quia lædit communitatem inducendo in illam actiones malas. contingit autem sæpissimè inferri malum etiam personæ particulari. quod malum debet compensari re aliqua, quæ ipsi debitori mala fit. 41

De Retaliatione.

g S. Th. 2. 2. q. 61. a. 4. Arist. 5. Eth. c. 5.

g Compensatio autem interdum fit per 42
Retaliationem, cum malum eiusdem generis cum malo illato infertur in pœnam ei, qui malum intulit: vt cum aufertur dens pro dēte ablato. quamquam interdum retaliatio 43
non est sufficiens compensatio. nō enim sufficeret ad compensandum iniuriam Principi illatam per alapam ei inflictam à rustico, si rustico alapa infligatur. maioris enim valoris est iniuria Principi illata per alapam rustici, quam malum rustico illatum per alapæ retaliationem. Solent autem pœnæ à lege 44
decerni, ac taxari, ne qua in compēsando fiat iniustitia.

De Debito reali.

Debitum reale vt à pœnali distinguitur, 45
est omne illud, quod alteri debetur sub quolibet titulo alio, quam pœnæ.

3. Rursum diuiditur Debitum in Debitum 46
lucri cessantis, & in Debitum damni emergentis. vtrumque hoc debiti genus contrahit is, qui moraliter est causa vt alicui lucrū ali-

quod cesset, aut malum aliquod accidat. Is autem dicitur esse moraliter horum causa, qui non solum potest, sed etiam debet impedire ne hęc accidant, & non impedit: vt contingit cum quis iniustè accipit, aut retinet aliquid; ex qua acceptione, vel retentione lucrum alicui cessat, aut malum emergit. *De lucro cessante, & damno emergente.*

47 Ex quo intelligitur quid restituendum alteri sit ad compensandum, & ad iustum faciendum.

48 His positis, Iustitiæ genera inquiramus, & genera vitiorum eis oppositorum. Cum autem Iustitia circa iustum erga alios agēdum versetur: ex diuersa ratione iusti, Iustitiæ diuersitas colligenda est. diuersa autem ratio iusti ex iuris, & debiti diuersa ratione intel- *De Iustitiae, ac Iniustitiae generibus.*

49 ligitur. Quia ergo prima diuisio Iuris est in Altum, quod habet communitas, & superior respectu subditorum; & in Particulare, quod habet quęque particularis persona ad aliam personam: inde duo Iustitiæ prima genera oriuntur; diuiditurque Iustitia in Generalem, & Particularem.

50 *b* Iustitia generalis est, quæ facit iustum inter particularem hominem, & communitatem, siue superiorem: quæ etiam Iustitiæ *De Iustitia generali, ac legali.*

51 legalis nomen habet. Generalis appellatur, tum quia non habet peculiarem materiam sibi propriam: sed in eius materiam cadere possunt actiones aliarum virtutum, quatenus non in bonum ipsius agentis, quod bonum spectant alię virtutes; sed in bonum commune, peculiariter spectatum, fiunt, vt communitati, siue superiori iustum debitū reddatur. *h S.Th. 2.2. q.58.a.5. et 6.*

tum quia id,cui debitum iustum reddit, generale quid est,nempe communitas,& superior, quæ se habent vt quid totum commune cum multis,& participatū à multis. Dicitur 52
Legalis,quia iustum, quod reddit hæc Iustitia,lege præscribi solet. Leges enim feruntur propter bonum commune; quod ab hac Iustitia spectatur in reddendo iustū debitum.

De Iustitia particulari.

i S.Th.2.2. q.58.a.7. et 8.

i Iustitia particularis est,quæ facit iustum 53
inter duos homines particulares, vt inter duos ciues. Particularis dicitur tum quia is, cui iustum reddit, particularis est: tum quia circa particularem materiam versatur,diuersam à materia aliarum virtutum,nempe circa commutationes,& distributiones: tum quia ratio,vnde oritur debitum reddendi iustum alteri,est decretum aliquod particulare, nempe pactum: tum quia terminus primarius,quem hæc iustitia spectat, est bonum particulare vt particulare, licet omne particulare bonum sit implicitè, & secundariò etiam bonum communitatis. Porro tum iu- 54
stitia generalis, tum particularis veram Iustitiæ rationem habēt. Vera enim Iustitia est, quæ versatur circa verum iustum. Iustum autem verum est, cum inter duas personas, inter quas iustum fit, est vera distinctio moralis, idest,vera ratio iuris,& debiti. Est autem vera ratio iuris, & debiti tum in Iustitia particulari, tum in generali.

De Iustitia inter Deum, et homines.

k Ex quo intelligitur tum in nobis respe- 55
ctu Dei, tum in Deo respectu nostri esse posse veram Iustitiam tum generalem, tum particularem. Nam licet quidquid sumus,

Dei

Dei ſimus; vt videri cuipiam poſsit nō poſſe fieri verum iuſtum inter Deum, & homines: quia iam poſsidet Deus quidquid Deo reddi poteſt; & Deus nihil alteri reddere poteſt, quin reddat ſibi ipſi, cum omnia ſint ipſius Dei, etiam ij, quibus bona Dei reddi poſsūt. Tamen, quia Deus largitus eſt nobis liberum arbitrium, quod eſt talis naturę, vt in ipſo poſitum ſit concurſu Dei generali, ac etiā particulari, qui fit per gratiam, vti ad bene, vel male operandum: inde fit, vt ius, quod habet homo in actiones ſuas ratione liberi arbitrij, ac proinde in bona ijs actionibus debita, ita ſe habeat moraliter, ac ſi non ſit ſub iure, ſeu dominio Dei. quod manifeſtè apparet ex eo, quod quando homo per liberum arbitrium peccat, peccatum nō imputatur Deo, ſed ipſi libero arbitrio: & per iuſtitiā vindicatiuam iuſtè à Deo pœna infligitur homini male
56 agenti. Ergo vera Iuſtitia intercedit inter hominem, & Deum, tum generalis quatenus à libero hominis arbitrio debetur Deo vt primo principio ſeruitus, & obſequium; tum particularis ſiue diſtributiua, ſiue commutatiua, quatenus bene agentibus promiſſa ſunt à Deo bona æterna pro ratione meritorum. Promiſsio autem, Pacti rationem habet. ex pacto autem oritur debitum reddēdi homini bene agenti bona promiſſa. Quamuis autē & bona promiſſa, & homo ſint aliquid ipſius Dei: tamen quatenus Deus reddit homini bona promiſſa, non reddit ſibi ipſi, ſed alteri, quatenus homo liberè operatus eſt, vt ſupra dictum eſt; & quatenus Deus, & ius ip-

k *Franc. Soar. opuſc. 6. Vide infra in fin. diſt.*

ipsius se habent vt quid totum respectu hominis, qui se habet vt pars: totum autem distinguitur à parte; ac proinde totum, & pars fundamentum habere possunt veri iusti, cum veram inter se distinctionem habeant.

De Iustitia Distributiua, et Cõmutatiua.

Iam, quia Ius, vt supra dictum est, diuiditur in geometricum, & arithmeticum: ex hac Iuris diuisione duplex existit genus Iustitiæ particularis, Distributiua, & Commutatiua. 57

l S. Th. 2. 2. q. 61.

l Iustitiæ Distributiuæ materia sunt bona communitatis, quæ ciuibus distribuenda sunt pro dignitate personarum, ac meritorum; & onera ciuibus imponenda. Commutatiuæ autem Iustitiæ materia sunt commutationes, & compensationes rerum quarumcunque ad humanum vsum spectantium: vbi in compensatione facienda non personæ dignitas, sed tantum rei valor attenditur: nisi ex personæ dignitate rei valor accrescat; vt accidit in compensandis iniurijs, quę eò sunt maiores, ac proinde maiorem compensationẽ exigunt, quò persona offensa est dignior. 58 59

De valore rerũ.

Valor autem rerum ex hominum æstimatione pendet. cuius æstimationis quasi regula est hominum indigentia. tantò enim maioris, vel minoris res ab hominibus æstimantur; quantò eis magis, vel minus indigent, ad finem scilicet aliquem vel necessarium humanæ vitæ, vel vtilem, vel iucundum. Duo ergo sunt genera Iustitiæ particularis. 60

De generibus Iustitiae legalis.

Generalis autem Iustitię genera quatuor: Iustitia legalis specificè sumpta, Religio, Pietas, Obseruantia. Generalis enim Iustitia reddit iustum debitum communitati. cõmu- 61

nitas

nitas autem se habet vt quid totum respectu aliorum. sunt autem quatuor genera eorũ, quæ se habent vt totum respectu aliorum; nempe Primum principium omnium, qui est Deus: Principium secundum, quale sunt Patria, Parentes: Superiores ratione meræ excellentiæ, aut gubernationis, quales sunt Reges, ac Duces: Communitas vt communitas, qualis est quælibet hominum congregatio legitima. His quatuor generibus totorum, quatuor paullo ante numerata Iustitiæ legalis genera respondent.

De Religione.

62 *m* Religio, inclinat ad iustum debitum, id est, cultum, & honorem exhibendũ Deo tanquam omnium Creatori, ac Domino. Obiectum ergo primarium Religionis est cultus diuinus, non ipse Deus, qui se habet vt terminus, quẽ cultus respicit. ex quo intelligimus Religionem non esse virtutem theologalẽ: quia primarium eius obiectum nõ est Deus. *n* Est autem Deus primarium obiectum Fi-
63 dei, Spei, Charitatis. Fides enim diuina versatur circa primam veritatem, qui est ipse Deus, vt est dicens ea, quæ à nobis credenda sunt: estque prima veritas obiectum primarium, ac formale fidei, idest, motiuũ ad cre-
64 dendum. *o* Spes Christiana versatur circa Deum vt bonum nostrum est, eum amando, desiderando, procurando propter commodum nostrum: *p* in quibus actibus Deus se habet vt obiectum primarium, nos vt terminus, ad quem tale obiectum ordinamus.
65 *q* Charitas versatur circa Dei amorem, eum amorẽ amando propter seipsum, vt in 9. dist.

m *S. Thom. 2.2. q. 81.*

n *S. Th. 1.2. q. 62. a. 3. &* *2.2. q. 17. a. 6.*

o *S. Th. 2.2. q. 17. a. 5.*

p *S. Th. 3. p. q. 7. a. 4.*

q *S. Th. 2.2. q. 23. a. 4.*

ex-

explicatum eſt. Religio autem non Deũ pri- 66
mario, ſed cultum diuinum ſpectat. Cultus autem, ſiue reuerentia, ſiue honor diuinus, quod eſt obiectum Religionis, habet duo: alterum materiale, quod eſt quoduis officiũ ſiue internum, ſiue externum, quod fit à nobis accommodatè ad excitandam de Deo in nobis, aut in alijs talem exiſtimationẽ, qualem reuera de diuina excellentia, & maieſtate habere cõuenit: alterum formale, quod eſt ipſa exiſtimatio propriè conueniens excellentiæ, ac maieſtati diuinæ. verſatur autẽ Religio circa ſuum obiectum, qui eſt cultus diuinus, quo homo ſe, ſuaque Deo ſubijcit, vt primo principio, multis actibus: quorum tria ſunt genera.

De Deuotione.

r S.Th.2.2. q.82.

r Primum eorum, qui immediatè ab ipſo 67
Religionis habitu eliciuntur, fiuntque à voluntate. in quibus præcipuum locum habet Deuotio. quo actu promptè volumus exequi omnia, quæ pertinent ad Dei ſeruitium; atque ita totos nos diuino cultui mancipamus.
Oritur autem maxime is actus tũ ex conſide 68
ratione diuinæ bonitatis, & beneficiorũ, quæ Deus in nos confert: tum ex cognitione propriorum defectuum, ex qua cognoſcit homo
maxime oportere Deo niti. Secundum actuũ 69
genus eſt eorum, qui ad alias quidem virtutes pertinent, ſed ad Religionem ſpectant, quatenus ab ipſa imperantur. Dicitur autem vna virtus imperare alij; quatenus homo ex affectu, quem habet ad obiectum vnius virtutis, excitatur ad actum alterius virtutis. hoc modo ad Religionem ſpectãt actus om-

nium

nium virtutum, cum ad cultum Deo exhibē-
70 dum referuntur. Tertium genus actuum est eorum, qui ad solam Religionem spectant; quia immediatum eorum obiectum est cultus diuinus: sed non eliciuntur immediate à voluntate, vbi est Religionis habitus, sed ab alijs potentijs. Horum autem actuum multa sunt genera pro varietate eorum, quæ à nobis Deo subijciūtur. illa sunt pręcipua, Oratio, Votum, Iuramentum, Adoratio, Sacrificium, Oblatio.

71 s Oratio est actus intellectus, quo homo Deum primum principium, & auctorē omnium bonorum ordinat, non imperando, sed suadendo, ad aliquod bonum largiendū, vel ad aliquod malum tollendum. is actus ad Religionem spectat, quia per illum homo reuerentiā exhibet Deo, quatenus ei se subijcit, & orando profitetur se eo indigere vt auctore bonorum. Is autem actus bonus est, tum quia cedit in reuerentiam diuinæ bonitatis: tum quia in bonum nostrum refertur, quod licet nobis procurare: tum quia à Deo volitus est, qui disposuit multa bona largiri nobis per orationem, vt è Scripturis sacris colligitur, vbi promittit Deus se bona largiturum poscentibus. *De Oratione.* s *S.Th.2.2.q.83.* & *3.p.q.21.a.1.* & *2.*

72 Ex qua Dei promissione colligimus orationem fore efficacem, & omnino impetraturam quod à Deo petit, si veram meriti de condigno rationem habeat. Posita autem Dei promissione, veram meriti rationem habet si fiat ab homine habente gratiam: si is pro se ipso petat; quia non possumus de condigno *De orationis efficacia.*

me-

mereri alijs: si bona petat ad gratiam, & ad vitam æternam spectantia, aut ad eorum bonorum consecutionem iuuātia; quia quæ hæc bona impediunt, nō bonorum, sed malorum rationem habent: si piè petat; idest, si actus, quo petit, supernaturalitatis rationē habeat, vt proportionatus sit bonis, quæ nobis principaliter promittit Deus; & ne sit aliqua mala circumstantia malus, vt contingit cum oratio fit cum irreuerentia, aut negligentia culpabili: si perseueranter petat; quia ad maiorem nostram vtilitatem bona Deus nobis tribuit tēpore congruo, ac proinde non semper statim ac petimus, ea tribuit; si autem à petendo culpabiliter desistimus, quod est nō perseuerāter petere, indigni reddimur, quibus bona postulata concedantur. Si qua ex his conditionibus desit, oratio non meretur de condigno bona, quæ petit, sed tantum de congruo.

De iis, pro quibus orandum.

Porro non solum pro nobis, sed ēt pro alijs orare debemus. amicus enim nō solum sibi, sed etiam amico velle bona debet. charitate autem nos non solum nos ipsos, sed etiam proximos nostros tum amicos, tum etiā inimicos diligere debemus. nobis autem bona, quibus indigemus, per orationē à Deo procuramus. ergo & proximis nostris tum amicis, tum etiam inimicis bona, quibus ipsi indigent, à Deo per orationem procurare debemus. *t* Bona autem potissima, quæ oratione petenda à Deo sunt, ad gloriam ipsius Dei, quem potissimum diligimus, ad vtilitatem tum nostram, tum proximorum nostrorum; 73

74

t Vid. S. Th. 2. 2. q. 83. a. 9.

rum; Christus Dominus in oratione dominica complexus est.

75 Ad pleniorem autem eorum, quæ ad orationem spectant, intelligentiam, eius circũstantiæ pensandæ sunt. Prima personarum, idest, eorum, à quibus oratio fit; eorum, ad quos dirigitur; eorum, pro quibus fit. Personæ orantes possunt esse tum viatores, *u* tum comprehensores, tum homines, tum Angeli. nam decet hos omnes vel pro sua, vel pro

De iis, à quibus, qui, pro quibus orandum.

u S. Th. in Add. q. 52. a. 1. & 2.

76 aliorum indigentia, petere bona à Deo. orãdus autem præcipuè Deus est: quia ipse est

77 auctor bonorum. Decet etiã ad sanctos orationem dirigere: vt, quia ipsi in Dei amicitia sunt, impetrent nobis à Deo bona, quæ

78 petimus. Decet autem Charitatem Christianam orare etiã pro inimicis, & pro quibuscunque, qui diuinorum bonorũ capaces sunt.

79 Et quia ex diuino decreto plurima bona per orationem obtinentur: decuit in Ecclesia personas aliquas destinari; quarum officium esset orare: vt sunt ij, qui diuino cultui sacris ordinibus, aut religiosis votis mancipantur, vt in dist. 4. dictum est.

De iis, qui orant ex officio.

80 Secunda orationis circumstantia est eorum, quę petenda sunt. Petenda autem à Deo bona, ad quæ nos creauit Deus. Creauit autem nos Deus ad vitam beatam, & statuit media, quæ nos ducerent ad illam; & naturalia bona, quæ naturæ deseruirent; vt sit subiectum, cui bona supernaturalia conferantur per gratiam. hæc ergo orationis materia esse possunt.

De orationis materia.

81 Tertia circumstantia est loci. Vbique orare

De orationis loco. possumus: quia vbique Deus est, vbique Deo indigemus. Sed publicas preces decet in locis sacris fieri tum ad reuerentiam, tum ad deuotionem excitandam orantibus, tum ad cõmoditatem fidelium. Quamuis autem meditationi commodior est locus solitarius, ne mens distrahatur: orationi tamen, quæ fit voce, congrua est societas aliorũ simul orantium, qui voce, & externa reuerentia sese inuicem excitant ad attentius, & deuotius orandum.

De orationis modo. Ad quartam circumstantiam, quæ est Modus, spectat 1. Vt oratio fiat cum reuerentia 82
externa corporis. tum quia debent loquentes cum Deo reuerenter se habere. tum quia externa corporis internam animi reuerentiã
x S. Th. 2. 2. q. 91. excitat. 2. x Vt oratio non solum mente, sed 83
etiam voce aliquibus temporibus fiat. tum quia vox excitat actus mentis. tum quia decet non solum animo, sed etiam corpore cultum Deo exhibere. quæ rationes etiam cantum, & sonos musicos in oratione interdum abhibendos suadent. 3. Vt cum voce 84
attentio, & deuotio copuletur: quæ tanta saltem debet esse, quanta satis æstimatur ne is cultus irreuerenter fiat. 4. Vt preces pu 85
blicæ, quæ Ecclesiæ nomine fiunt; qualia sunt ea, quę diuina officia vocamus; formam habeant, & ritum ab ipsa Ecclesia determinatum. tum quia is orãdi modus est ab omni errore remotus, cum ab Ecclesia proponatur, quæ non potest errare in moribus proponendis. tum quia decet legatum, & oratorem ea orandi forma vti, quam vult is, qui lega-

legationem mittit. tum quia cum Christus Ecclesiam sponsam maximè diligat; libentius exaudit preces ab Ecclesia institutas.

86 5. Vt cum oratione Dei laudes, & Gratiarum actiones coniungantur, vt fit in Ecclesiasticis officijs. nam suarum laudum commemoratione, & nostri grati animi exhibitione magis ab orantibus mouetur Deus. Laus, est cognitio excellentis boni, quæ alteri manifestatur, cum approbatione. approbatio autē est iudicium, quo iudicatur res mente apprehensa esse perfecta. *y* Actio gratiarum, est *De diuinis laudibus, & actionibus gratiarum.*

87 cognitio beneficij ab altero accepti, quæ ad beneficium aliquo modo compensandū manifestatur ei, à quo beneficium est acceptum. *y S. Th. 2. 2. q. 106.*

88 Quinta orationis circumstantia est Temporis. Omni tempore orare possumus, ac debemus; quia omni tempore Deo indigemus. Sed in oratione protrahenda habenda est ratio tum virium corporis, tum deuotionis: ne oratione nimium longa corporis vires de- *De orationis tēpore, ac Horis canonicis.*

89 ficiant, aut mens tædio defatigetur. Ad quotidianum cultum Deo septem temporibus exhibendum, & ad memoriam beneficij redemptionis humanæ, Ecclesia Horas canonicas decreuit, respondētes ijs Horis, in quibus præcipuas quasdam passiones Christus

90 Iesus pro salute nostra perpessus est. Suadet porro necessitas, cum vel nobis, vel bono communi malum graue imminet, orationis tum priuatæ, tum communis remedium adhibere.

91 *z* Alius proprius Religionis actus est Votum. est autem votum Promissio, quæ Deo fit. *De Voto.*

z S.Th.2.2. q.88. fit. est autem Promissio Propositum, & ordinatio, qua ordinat homo quid ipse pro alio agere debeat; quā alteri manifestat, pro quo agere proponit. Non promittimus au- 92
tem, nisi ea, quæ agere, vel nō agere positum est in nostra libertate. & Deo non decet aliquid promitti, quod vllam mali rationem habeat. Mali autem rationem habet, quod melius est non agere, quàm agere. ideo Theologi dicunt votum esse debere de meliori bono. Tenemur autem Deo redde- 93
re quod ei promisimus, tum ratione fidelitatis, cuius est stare promissis: maximè autem debemus esse fideles Deo & ratione dominij, & ratione beneficiorum in nos collatorum. tum ratione iuris, quod quantum ad nostram libertatem attinet, transtulimus in Deum promittendo: debemus proinde iustum Deo reddere, vota soluendo. Porro promissio, quæ Deo fit de me- 94
liori bono, est actus bonus. tum quia est quędam reuerentia, quæ Deo exhibetur, cum nostra voluntas promissione ordinetur ad Deum, eique subijciatur. tum quia per illam promissionem firmamur in bono, quod faciendum proponimus. Vota autem alia sim- 95
plicia sunt, alia solemnia. Vota solēnia sunt, quibus nos, interueniente consecratione, ac publico ritu ab Ecclesia in hunc finem instituto, Dei perpetuo seruitio per sacros ordines in Hierarchia ecclesiastica, vel per legitimam professionem in Religiosorum familijs mancipamur. Cetera vota, simplicia sunt.

Ter-

Tertius est Religionis actus proprius Iuramentum. Est autem Iuramentum reuerentia, & cultus, qui Deo exhibetur per actum intellectus, ordinando auctoritatem diuinæ cognitionis, & veritatis in testimonium veritatis, quam attestamur. Is actus ex se honestus est. tum quia in diuinæ auctoritatis honorem cedit, quatenus ea agnoscitur vt infallibiliter verax, & omnia cognoscens; & eius perfectio adhibetur ad supplendum defectum nostræ veracitatis. tum quia facit ad veritatis fidem in hominum animis confirmandam, & ad contentiones inter homines finiendas. Sed tres conditiones habere debet, Veritatem, Iudicium discretionis, Iustitiam. si qua ex his conditionibus desit, cōtra reuerentiam peccatur, quæ Deo iurando debetur. Veritatem habet iuramentum, quatenus verum à nobis habetur, quod iuramento confirmamus. Habet iudicium discretionis, quatenus non leuiter, sed ex necessaria causa, & discretè iuramentum adhibetur. Habet iustitiam, quatenus non est iniquum, æquam habens causam, pro qua adhibetur. Porro Iuramentum aliud per Deum; aliud per creaturas; aliud assertorium; aliud promissorium; aliud execratoriū; aliud, quod adiuratio appellatur. Iuramentum per Deum est, cum ipsa diuina veritas in testimonium affertur. Iuramētum per creaturas, cum vel affertur in testimonium ipsa entitas, seu existētia, seu veritas creaturarū, quatenus participatio est diuinæ perfectionis, ac veritatis; vt cū per

De Iuramento.

a S.Th.2.2. q.89.

96 97 98 99

cœlum,per terrã iuramus: vel aliquod nostrum bonum ad pœnam luendam ordinatur,si nos mentiri contingat;vt cum per caput nostrum,per oculos,per filios iuramus. Iuramentum assertorium est de præsenti, vel præterito. Promissorium,de futuro.

De Execratione.

Execratorium iuramentum ordinat creaturam ad pœnam à Deo suscipiendam, si contingat nos mentiri; vt cum quis dicit: Ita res se habet,per vitam meam: aut,Moriar, si ita res non habet. 100

De Adiuratione.

b S.Th.2.2. q.90.

b Adiuratio est, cum non nos ipsos, sed alios ordinamus ad aliquid agendum, superiores quidem deprecãdo,inferiores autem imperando;vt cum dicimus:Precor te, vel Iubeo per Deum vt hoc agas. Aduertẽdum autem,semper iuramẽto necessitatem nobis ipsis imponi ad aliquid agendum,vel non agendum: quia Iuramentum ex natura sua est obligatorium, vt supra dictum est; ne non stando iuramento, contra reuerentiam,quam Deo debemus,peccemus. Adiuratio autem ex natura sua non imponit necessitatem: quia adiuratione ordinamus alios ad aliquid agendum,vel non agendũ: liberum autem est alijs agere, vel nõ agere id,ad quod non à se, sed ab altero ordinantur: nisi sint subditi, & parere adiuranti teneantur. Ob eandem autem rationem,qua licet iurare, licet etiam adiurare: modo nõ imponatur necessitas; nisi subditis,cum est necessarium. Licet autem Dæmones adiurare ad eos repellendos, ne nobis spiritualiter,vel corporaliter noceant. Licet enim 101 102 103 104

ad

ad tuendum bona nostra, Dei, nostriq; inimicos repellere.

105 Quartus actus Religionis proprius est Adoratio. *c* quo actu ordinamus nos ipsos, vel aliquam nostram potentiam, vel corpus, & exhibemus Deo in signum, quod eum nobis infinito interuallo superiorem agnoscimus. *De Adoratione.* c *S.Th.2.2. q.84.*

106 Quamuis autem hæc ratio etiā actibus interiorum potentiarum competere possit: solet tamen ad externum corporis gestum arctari. qui gestus est Deo debitus: quia nō solum animorū, sed etiam corporū nostro- *Lege eundē 3.p.q.25.*

107 rum est Dominus Deus. Et quia non solum Deum, sed etiam alios tanquam nobis superiores agnoscere licet: licet adorationem etiam alijs exhibere: non quidem vt summis entibus, qualis est solus Deus, sed vt

108 Dei perfectionem participantibus. Licet etiam eorum Imagines adorare, erga quos licet adorationem exhibere. ex rationabili enim hominum institutione ad memoriam excitandam, & ad imaginationem iuuandam, substituuntur Imagines loco eorum; quorum Imagines sunt. quare quos adorare licet, eorū quoque Imagines licet ado-

109 rare. *d* Atque ob eandem rationem licet & Sanctorum reliquijs reuerentiam exhibere. quamquam alia quoque ratio est adorandi reliquias Sanctorum; nempe quia ex eorum excellentia participant, quos licet d *S. August. lib. 1. Ciuit. c. 13. S. Hiero. in ep. ad Riparium.*

110 adorare. Præterea exhibere licet reuerentiam & locis, & vestibus, & vasis, & quibuscunque Deo sacris. nam per legitimam Ecclesiæ consecrationem, & per eorū vsum

in sacrificij, & Sacramentorum administratione; habent rationem signorum excitantium memoriam Iesu Christi, & actionum eius. Moraliter autem, & secundum rationabilem omnium hominum existimationem, & vsum; qui signis reuerentiam præstat, censetur ipsi prototypo reuerentiam præstare.

De Sacrificio.

e S. Th. 2. 2. q. 85. et 3. p. q. 22. a. 2.

111 Porro pręstantissimus adorationis actus est sacrificium. Secundum enim communẽ hominum existimationem, & acceptionẽ, *e* Sacrificium est actus externus, quo Enti omnium summo ab habente publicam auctoritatem, in reuerẽtiam offertur aliquid, illud immutando; vt occidendo, vel comburendo. immutatur autem id, quod offer- 112 tur, ad significandum eum, nempe Deum, cui offertur, esse supremũ dominum, à quo pendet esse creaturarum. ob id non licet sacrificium vlli, nisi soli Deo offerre. estque summa omnium tum adorationum, tum oblationum externarum; vt nemo non videt. Solent autem alij etiam actus tum ex- 113 terni, tum etiam interni Sacrificiorum nomine appellari. Sed nullus actus propriè sacrificium est, in quo desit vlla ex ijs rationibus, quæ in sacrificij definitione positæ sunt.

De oblatione.

f S. Th. 2. 2. q. 85. a. 3. ad 3. & q. 1. 2. ad 1.

f Quidquid Deo actu externo offertur, 114 quod vel non immutatur, vel non à persona publicã auctoritatem habente offertur, non sacrificium, sed oblatio propriè nominatur. quamquam oblationis quoque nomine ipsa etiam sacrificia, & actus interni dici solent.

Por-

115 *g* Porro ex oblationibus eæ, quæ Deo offeruntur ex primis fructibus terræ in recognitionem quod ipse sit dator fructuum,
116 Primitiæ appellantur. *h* Quæ vero Deo offeruntur vt cedant in sustentationem ministrorum diuino cultui addictorũ, Decimarum nomen habent. nam in veteri lege positiuo Dei præcepto definita fuerat offerẽda in sustentationem tribus Leuiticæ, decima pars fructuum, quos Israeliticus popu-
117 lus colligebat. Præceptum autem naturale est, Deum datorem fructuum agnoscere, & ministros cultui diuino dicatos alere, vt possint ministrare. quantitas autem oblationis ad hunc finem largiẽdæ humano Ecclesiæ præcepto definitur. Atque de primo genere Iustitiæ generalis, nempe de Religione, hæc satis.

De Primitiis, & Decimis.

g S.Th.2.2. q.86.

h S.Th.2.2. q.87.

118 *i* Secundum genus est Pietas: per quam debitus cultus, idest, Obsequium, & officia, tribuitur ijs, quorum beneficio post Deum subsistimus, & gubernamur; nempe Parentibus, & Patriæ; atque adeo etiam propter hos ijs, qui vel necessitate aliqua sanguinis cum parentibus, vel beneuolentiæ vinculo
119 cum patria coniuncti sunt. Ex his colligitur hanc virtutem etiam erga filios, & coniugem exerceri: quia filij sunt aliquid auorũ, à quibus descendunt; quare coluntur parẽtes in filijs aui filiorum: & Coniux, quatenus ad filios procreandos pertinet, qui sunt maxime consanguinei auorum, etiam ad pietatis obiectum, idest cultũ spectat; quare coluntur parentes in coniuge.

De Pietate.

i S.Th.2.2. q.101.

De Obseruantia.

k *S.Th.* 2.2. q.102.

k Tertium iustitiæ legalis genus est Obseruantia: per quam tribuimus cultum personis in dignitate constitutis; per quam vel actu gubernant nos, vel sunt apti ad gubernandum. Spectat etiam ad hanc virtutem 120 cultus, qui exhibetur personæ excellentem virtutem habenti: quia ea virtus ad dignitatem disponit. Habet autem Obseruantia 121 varia genera pro diuersitate dignitatum. alia enim est Obseruantia, qua milites colunt Ducem; alia, qua discipuli præceptorem, &c. 122

De Honore.

l *S.Th.* 2.2. q.103.

Cultus autem, quod est obseruantiæ primarium obiectum, duas partes habet, Honorem, seu reuerentiam, quæ Duiia græco nomine appellatur, cum reuerentia erga Deum latria grecè nominetur; & obedientiam. honor enim, & obedientia Superioribus debetur. 123 l Honor autem est testificatio quædam de excellẽtia alicuius. testificatio autem & mente, & signis externis fieri potest. quia tamen homines non intuẽtur mentem, debentur excellentibus externa signa in testificationem excellentiæ ipsorum. Debitum enim est Bono vt manifestetur. manifestatur autem hominibus ab hominibus signis externis. Signa autem externa sunt, verba, cum quis ore pronunciat excellentiam alicuius: Actus corporis, vt inclinationes, obuiationes, & similia: Res aliæ, vt munera, imagines. 124

De Laude, et Gloria.

Laus est species quædam honoris; quæ ore fit; de qua etiam supra in oratione dictum est. Gloria, est effectus laudis, & honoris. 125

noris. est enim Gloria manifestatio, & notitia excellentiæ, quæ in aliquo est. oritur autem in multis ea notitia ex eo, quod laude, & honore testificamur de alicuius excellentia.

126 *m* Altera pars cultus, qui Superioribus debetur, est Obedientia. est autem Obediẽtia, executio præcepti. obiectum ergo obe- *De Obedientia.*
127 dientiæ est præceptum. Propriè autẽ Præ- m *S.Thom.*
ceptum est decretum, quod à Superiore fit *2.2.q.104.*
128 de re aliqua à subdito exequenda. *n* Cum n *S.Th.1.2.*
autem homines sint sociabiles inter se ob *q 96.a.4.*
indigentiam, qua vnus alio indiget: debent esse aliqui, qui hominum societates regãt, & curam habeant boni communis. Hi superiorum, ac præpositorum rationem habent: ceteri rationem habent subditorum.
129 Debẽt autem præpositi decreta facere, quibus bonum commune conseruetur, & singuli dirigantur ad bonum commune con-
130 seruandum. Debent contra subditi ijs decretis, hoc est præceptis, parere: quia debẽt eniti ad bonum commune conseruandum. Debetur ergo Superioribus cultus obediẽ-
131 tiæ. Superiores autem sunt tum Deus, tum homines legitimè alijs præpositi, tum parẽtes respectu filiorum. Debetur ergo obedientia tum Deo, tum Præpositis, tum pa-
132 rentibus. estque obedientia pars quædam cultus & Deo, & præpositis, & parentibus debiti. ob id tamen non putandum est esse tria genera obedientiæ. quia cum primariũ obedientiæ obiectum sit præceptum, quod vnam semper rationem habet, siue a Deo

immediate, siue à præpositis, siue à parentibus enuncietur; quia omne rationabile præceptum est effectus rationis humanæ, quæ enunciat nobis rationem æternam, quæ in Deo est: vna proinde obedientiæ ratio est, cuicunque obediatur. Porro effectus obe- 133
dientiæ possunt esse omnes virtutes: quatenus obiectum cuiuscunque virtutis cadere potest sub præceptum; præceptum autem obedientiæ obiectum est; quod dum obedientia exequitur, actionem ceterarum virtutum exequitur, quæ actio virtutes in animo generat; ac proinde obedientia causa esse potest vt cæteræ virtutes in animo generentur.

De Epicheia.

o S.Th.2.2. q.104.a.3. ad 1.

p S.Th.2.2. q.120.

Arist. 5. Eth.c.10.

134 Vt autem obedientia *o* pars quædam integralis est tum Religionis, tum Pietatis, tū obseruantiæ; quia pars est cultus, qui tum Deo, tum parentibus, tum superioribus debetur, vt paullo superius dictum est: *p* ita Epicheia, seu Æquitas, pars quædam integralis videtur esse Obedientiæ. Contingit enim interdum accidere casus quosdā particulares, & circumstantias; quibus positis æquum non sit agere secundum verba præcepti, ac legis. vt si ponatur lex præcipiens deposita restituere: poscat autē ensem depositum furiosus, aut patriæ impugnator. tunc ergo consentaneum rationi est, non ad verba legis, sed ad intētionem legislatoris, ac præcipientis attendere. atque ita agere, est verè præceptum, ac legem seruare. isq; actus obedientiæ actum quodam modo integrat. estque rectus, & consentaneus ratio-

ni:

ni: qui græce epicheia, latine æquitas appellatur.

135 Quartum Iustitiæ generalis genus est Iustitia legalis specifice sumpta. quæ sui generis nomen habet, quia non apparet quo alio nomine commodius possit appellari. nisi velis eam dicere Iustitiam politicam: quod nomen neque ei proprium est, cũ eo *De Iustitia legali specificè sumpta.*
136 possint alia Iustitiæ genera nominari. Inclinat autem hæc Iustitia ad reddendũ iustum debitum communitati vt cõmunitas est. Communitas autem vt communitas bonum commune dicit: quod rationem habet Totius integralis. Debetur autem toti à suis partibus conseruatio. Vt autem corporis partes sunt tum caput, tum membra: ita communitatis partes sunt & Gubernator, & cæteri. Debent omnes hæ partes bonum commune conseruare. Ad Boni autem communis rationem spectat quidquid ad felicitatis cõmunis rationem pertinet. officia ergo, quæ debentur felicitati communi, Iustitiæ legalis, ac politicæ obiectum sunt. Maxime autem felicitas communis posita est in actione virtutum. Hanc ergo præcipuè debent & gubernatores, & subditi procurare ad bonum communitatis.

137 Hactenus de Iustitię generibus: deinceps de vitijs oppositis dicendum restat. q Iustitiæ Iniustitia oppponitur. vt ergo Iustitiæ obiectum est Iustum debitum: ita Iniustitiæ obiectum est Inæquale, siue Iniustum Iusto *De Iniustitia.*
138 debito contrarium. vt autem hoc Iniustum Iniustitiæ obiectum sit, debet duo habere. Pri-

q *S. Th. 2. 2. q. 59. Arist. 5. Eth. c. 8. & 9.*

Primum, vt sit voluntarium ex parte agẽtis illud. quod enim voluntarium non est, non imputatur agenti illud; nec vlla pœna compensatur. qui autem iniuste agunt, pœna plectuntur. Secundum, vt sit inuoluntarium ex parte patientis illud iniustum. si enim quis velit aliquid ab alio agi contra Ius suum; iam ipso facto cedit Ius suum alteri. alter ergo lædens Ius illud, non facit aliquid inæquale; quia non facit cõtra Ius alterius, cum in altero iam ius illud non sit. ex 139
quo intelligitur neminem proprie contra seipsum iniustitiam exercere posse: quia nõ est proprie iustum, vbi non est alteritas.

De Restitutione.

Porrò cum quis Iniustum aliquid agit, 140
contractum quendam inuitum facit. cõtrahit autem & cum persona, contra quam iniustum agit, & cum bono communi. In quo contractu is, qui iniustum agit, reus efficitur, & debitum contrahit ad compensandũ & damnum, quod personæ intulit, contra quam iniuste egit; & iniuriam, quam & ei fecit, ius illius lædendo; & bono communi, quod quisque male agendo lædit. Persona 141
autem, cõtra quam alter iniuste egit; & ipsum bonum commune; ius acquirũt, & exigentiam ad repetendam compensationem & damni, & iniuriæ acceptæ. [r] Compensa- 142
tio autem iniuriæ semper Pœnæ rationem habet; quia semper malum debet inferre ei, qui malum alteri intulit. compensatio autẽ damni potest sæpe fieri sine malo eius, qui damnum intulit vt accidit cum restituitur res aliqua furto ablata: nihil enim in se

r S. Th. 2.2. q. 62.

mali

mali suscipit, qui restituit; sed bonum red-
143 dit ei, à quo abstulit. Quod si accidat resti-
tutionem rei ablatæ non posse à reo fieri:
compensatio tamen fieri debet, qualis pos-
144 sibilis est. In restitutione autem facienda,
vt fiat æqualitas, debet attendi non solum
vt restituatur res ablata, sed etiam certum
damnum, quod iudicio prudentum secutu-
rum putatur ei, à quo res ablata est, ex in-
iusta acceptione, aut retentione eius, qui
abstulit. iniusta enim acceptio est causa il-
lius damni secuti: quę causa cum volita fue-
rit ab accipiente, volitum proinde fuit dā-
145 num secutum. Ex quo intelligitur, non so-
lum eum, qui aufert ab aliquo iniuste ali-
quid; sed etiam eos, qui moraliter ad illam
iniustam ablationem influunt, teneri ad re-
stitutionem quales sunt ij, qui illam iubēt;
& qui consentiunt, cum sine eorum assensu
ea non sequeretur; & qui fauent, receptan-
do, aut patrocinium præstando; & qui de
ea participant; & qui non obstant, cum ob-
stare debent; & qui consilium dāt, aut adu-
lantur, cum ob illud consilium, aut adula-
tionem iniusta acceptio consequitur. omnes
enim hi causa sunt iniustæ acceptionis; ac
proinde ad restitutionem tenentur.

146 s Quod si à Reo compensatio non fiat; *De Accusatione.*
habet is, qui læsus est, ius ad compensatio-
nem exigendam, vt sibi iustum fiat. & quia
ipse non habet ius in reum, neque in bona s *S. Th. 2. 2. q. 68.*
illius: non potest illi vim inferre, neque vl-
lum illius ius lædere ad suum ius compen-
sandum. Habet autem Superior, cui bonum
com-

commune curæ est, ius in illum, & in bona illius; quatenus ea ad bonum commune cõseruandum faciunt. Potest ergo is, qui læsus est, ad suam iniuriam compensandam, & ad bona sublata recuperanda; ad superiorem deferre eum, qui iniustũ fecit, & apud Superiorem repetere tum ius suum, tũ ius communitatis ratione boni cõmunis, quod
læsum est. quod est, reum accusare. Debet 147
autem accusatio esse vera, & secundum leges: ne per illam ius alterius, aut bonum commune lædatur.

De Defensione.

t S. Th. 2.2. q.69.

t Cum autem Superior ob bonum commune habeat ius in reum, vt ab eo compẽsationem exigat iuris læsi: non potest reus Superiori suo legitime interroganti veritatem cælare, quin ius communitatis, ac Su-
perioris lædat. Legitime autem Superior 148
interrogat, cum sufficiens motiuum habet ad interrogandum. non habet autem sufficiens motiuum, nisi saltem vnum testem, aut indicia sufficientia de facti veritate ha-
beat. Non licet ergo Reo se defendere ve- 149
ritatem tacendo, cum legitime à Iudice interrogatur; aut falsum aliquid proponẽdo.
Sed licet ei ius suum tueri, cum per accu- 150
satorem, aut testes, aut ipsum iudicem ius ipsius lædi contigerit. quare licet ei & accusationem, & testimonia, cum falsa sunt, repellere; & à iudicis sententia, cum est iniqua, ad superiorem maiorem appellare.

De Testimonio.

u Quod autem de Reo dictum est, idem 151
de testibus dicendum: non licere illis veritatem celare, cum legitimè à Superiore interro-

terrogantur: ne bonum commune,& superioris,& accusatoris ius lædant. multò mi- u S.Th.2.2.
152 nus licet illis falsum testificari. immo etiã q.70.
153 si à superiore non interrogentur, tenentur testimonium exhibere, si ab ipsis testimoniũ petatur; si eorum testimonium requiratur ad liberandum hominẽ vel ab iniusta morte, seu pœna quacũque, vel à falsa infamia,
154 vel etiam ab iniquo damno & si eorum testimonium non requiratur, tenentur facere quod in se est, vt veritatem denuncient ali-
155 cui, qui ad hoc possit prodesse. Tenentur etiam testificari, vel denunciare quæ ad ipsorum notitiam venerint; cum ea ad corruptionem multitudinis spiritualem, vel corporalem, vel ad graue damnum alicuius personæ pertinent.

De Iudicio.

156 x Iam vt ad quamlibet actionem recte operandam, quisquis prudenter agit, non prius ad operis executionem, & ad actum imperij procedit, quam iudicium formet de medijs, ac modo exequẽdi, vt in 10. dist. dictum est; neque iudiciũ format ante mediorum, ac modorum inquisitionẽ, & examinationem: ita Superior seu Iudex, qui à superiore iudicandi potestatem habet, non debet ad Iustum faciendum procedere ante sententiam, siue iudicium; neque ferre debet iudicium ante legitimam inquisitionem; quæ accusatione constat, & rei defensione, & testium, ac ipsius rei responsione. alioquin etiam si iustum contingeret facere, non tamen iuste, idest, prudenter ageret.
157 Testes autem requiruntur: quia, cum con-

x S.Th.2.2. q.60.& 67.

tin-

tingat accusatorem affirmare, Reum negare, non habet Iudex sufficiens motiuum ad causam vni potius, quam alteri adiudicandam: habet autem cum aliorum testimoniũ ad vnum potius, quàm ad alterum accedit.
Ex ijs, quæ de Iudice, ac iudicio publico dicta sunt, intelligere quisque poterit quare non liceat ex leuibus indicijs de bonitate alterius dubitare; multoque minus pro certo malitiā alterius æstimare non enim prudenter talia iudicia formantur, sed temerè: ac proinde iniusta sunt, & ius, quod proximus in suam æstimationem habet, lædentia. 158

Ex his, quæ hactenus dicta sunt, intelligitur & Iniustitiæ obiectum, quod est Iniustum; & modus illud emendandi, vt Iustum fiat. Nunc de Iniustitiæ generibus agẽdum. Cum autem Iustitiæ particularis duo sint genera, Distributiua, & Commutatiua; quatuor Iustitiæ generalis, Religio, Pietas, Obseruantia, Iustitia legalis: inquiramus vitia sex hisce generibus contraria. 159

De Acceptione personarum.

y S.Th.2.2. q.63.

y Iustitia distributiua, cum ipsa Iustum faciat quatenus bona communitatis distribuit pro dignitate, & merito personarum ad communitatem spectantium: iniustum effici cõtingit, cum in distributione horum bonorum non ratio dignitatis, & meriti, ratione quorum Ius quoddam ab ipsa communitate in suis partibus habetur ad bona eiusdem communitatis, quæ distribui contingit; sed alterius respectus ratio habetur, vt consanguinitatis, & amicitiæ. hoc iniustum, & vitium Acceptio personarum appella- 160

pellatur. quod Iustitiæ distributiuæ, vt di-
161 stributiua est, opponitur. Alia vitia in bonorum communium distributione contingere possunt: cum accidit in personis communitatis esse Ius ad bona illius, ratione alicuius pacti, aut promissionis, aut legis, acquisitum; & illud Ius læditur à distribuēte bona communia. quæ vitia ad commutatiuam iustitiam potius attinent.

162 Cum autem ad Iustitiam commutatiuā contractus tum inuiti, tum spontanei pertineant: ex horum contractuum generibus vitia huic Iustitiæ contraria colligēda sunt. omnes autem contractus inuiti vitia sunt: quia in omnibus iniustum aliquod circa alterius personæ bona contra ius illius fit. *De Maleficijs.*

163 z Maximum autem personæ bonum est vita. Ipsa autem vita, quatenus est vnio animi cum corpore, est in homine summum quoddam ius respectu aliorum iurium, quæ sunt in ipso, & principium illorum. supra quod Ius non habet homo Ius aliud: quia non habet in se aliud seipso superius. dicit enim Ius in aliud rationem quendam
164 superioritatis, ac dominij. Quare iniustum committit, qui sine Dei, aut alterius à Deo potestatem habentis, auctoritate, alterum, aut seipsum vita priuat. quod iniustum,
165 Homicidium appellatur. Habent autem à Deo potestatem, qui supremam in alios iurisdictionem legitimè habent. Omnes enim iustæ leges ab æterna lege, ac ratione, qui Deus est, deriuantur. qui autem supremam in alios iurisdictionē legitimè habet; boni-

De Homicidio.

z S. Th. 2. 2. q. 64.

com-

communis curam habet. Licet autem ob bonum commune partes perdere, ac è medio tollere, ne bonum commune detrimētum patiatur; quod est maius bonum, quam singulæ partes; ad cuius conseruationē partes ordinem habēt. Ipsum proinde bonum commune Ius habet ad suas partes: ac proinde ius habet ad ipsas partes is, cui boni communis procurandi cura commissa est.
Ex quibus intelligitur licite à Iudicibus 166
malefactores morti addici; ac licite ad Remp. tuendam in bello iusto posse mortis periculis ciues obijci: non posse autem licite à iudicibus innocētes occidi; quia ad bonum commune maxime faciunt innocētes: posse in bello iusto à militibus hostes interfici; quia ad boni communis conseruationē vt ministri curam boni communis habentis id faciunt: posse ad tuendam vitam inuasorem interfici, si inuasus in se defendendo æqui modi limites non excedat; quia quilibet ius habet, ac propensionem naturalem ad se conseruandum, quantum potest; intendens ergo sui conseruationem, licite inuasorem interficit, nec cēsetur inuasoris mortem velle, sed sui conseruationem.

De Mutilatione.

a S. Th. 2. 2. q. 65. a. 1.

a Porro eædem rationes, quæ modo iu- 167
stum, modo iniustum Homicidium probant; modo iustam, modo iniustam membri alicuius mutilationem, ac præcisionem probant: quæ paullo ante sunt allatæ. membra autem ad ipsius personæ bonum spectant, in quam Bonum commune ius habet.

Ter-

168 *b* Tertium contra iustitiam commutatiuam vitium, quod oritur ex contractu inuito, est verberatio; cum fit iniuste. Fit autem iniuste ab eo, qui non habet Ius in eum, qui verberatur. malũ enim infert corpori verberatio: quod non potest inferri nisi ab habente Iurisdictionem, ad finem boni com-
169 munis. Habent eam Iurisdictionem Patres in filios, & Domini in seruos; licet non habeant in vitam filiorum, ac seruorum: quia per mortem tollitur è medio membrum communitatis; quod non potest licite fieri nisi ab habẽte curam communitatis ad bonum communitatis: at per verberationẽ ad correctionem factam ab habẽte ius paternum, & herile, non tollitur membrum cõmunitatis, sed melioratur.

De Verberatione.

b *S.Th.2.2.q.65.a.2.*

170 *c* Quartum vitium est Incarceratio, & ligatio, ac detentio ne quis libere suas actiones exerceat. Hæc licite fieri non possunt ab eo, qui non habet iurisdictionem: quia vt verberatione priuatur homo quiete sensuum, quod est bonum quoddam personæ; ita his priuatur multis actionibus, quæ ad
171 personæ quoque bonum spectant. Potest autem quis licite hæc in alium exercere quantum satis est ad eum detinendum ne aliquod malum patret, vt ne se præcipitet, aut alium feriat. quia id non est priuare alium bono, sed impedire malum.

De Incarceratione.

c *S.Th.2.2.q.65.a.3.*

172 *d* Quintum vitium est Contractus inuitus circa res externas. Habent enim homines duplex Ius in res externas. alterum naturale, vt ijs vtãtur; quatenus homo ad Dei

De Furto, & Rapina.

d S.Th.2.2. q.66.

similitudinem creatus perfectior est rebus visibilibus; imperfectiora autem propter perfectiora sunt. Alterum politicum, vt non vnusquisque omnia possideat, sed alius hæc, alius illa, pro vt iure gentium statutum est. quod possessionis ius æquum est; ac secundum rectam rationem: quia maxime cósentaneum est bono communi. tum quatenus bona melius conseruantur, & procurãtur: quia vnusquisque magis solicitus est eorum, quæ ad ipsum solum spectant, quam eorum, quæ alijs quoque communia sunt. tum quatenus vsus bonorum est ipsis hominibus commodior: quia magis ordinate fit, ac magis pacifice. 173

174 Quare qui res externas inuito possessore surripit, aut retinet, iniustum committit; ac tum bonum commune lædit, tum Ius possidentis. Iniusta autem rei alienæ acceptio, ac detentio, cum fit occulte, Furtum appellatur: cum fit aperte, & cum violentia in eum, qui illam iuste possidet, Rapina nominatur.

De Conuitio, Detractione, Susurratione, Derisione, Maledictione.

175 Sextum genus contractuum inuitorum, quæ vitia sunt Iustitiæ cómutatiuæ contraria, spectat ad iniustitiam, qua quis læditur in bono honoris, & gloriæ, seu famæ, ac existimationis.

176 Habent autem ad hæc bona, cum adsunt, ius tum ipsæ personæ particulares, ad quas ea referuntur; tum Communitas. tum quia existimatio, seu bona notitia, quæ de altero habetur; & honor, seu reuerentia, quæ ei exhibetur; sunt effectus quidã, & quasi splendores à perfectione naturali quasi à luce procedentes, in qua

homi-

hominesà Deo conditi sunt, *e* quatenus ad eius similitudinem creati sunt. tum quia multis modis commodum est & personis particularibus, & ipsi communitati, personas communitatis in honore, ac bona existimatione esse. Qui ergo non habens ad id vllam iurisdictionem, honorem ab altero, aut bonam existimationem tollit, cõtra illius, & communitatis ius facit; ac proinde iniustitiam committit. Contingit autẽ eam iniustitiam committi multis modis.

e *S.Th.* 1.*p.* *q*.4.*a*.3. & *q*.93.*a*.1.

177 *f* Primò cum quis coram ipsomet, cui honor tollitur, verbis, aut signis alijs manifestat aliquem ipsius defectum. quæ manifestatio, quatenus manifestat defectum tum culpæ, tum pœnæ, dicitur conuitium; manifestaret defectum pœnæ, qui alicui iniuriose diceret eum esse cæcum; manifestaret defectum culpæ, qui diceret eum esse furẽ: quatenus manifestat defectum culpæ, etiam Contumelia nominatur: quatenus manifestat defectum minorationis, siue indigẽtiæ, appellatur Improperiũ; quod proprie est, cum quis iniuriosè alteri in memoriam redigit auxilium, quod ei contulit necessitatem patienti. quamquam interdum hæc tria nomina confunduntur, & vnum pro altero

f *S.Th.* 2.2. *q*.72.

178 accipitur. *g* 2. Cum manifestatio defectus fit occulte respectu illius, de quo manifestatur, Detractio appellatur. quæ famã bonam ab altero tollit multis modis directè, & indirectè. Directè vel imponendo alicui falsum; vel verbis peccatum alterius augendo; vel occultum reuelando; vel dicendo

g *S.Th.* 2.2. *q*.73.

mala intentione fuisse factum id, quod est bonum. Indirectè vel negando bonum alterius, vel malitiosè reticẽdo, vel minuẽdo.
h *S.Th.2.2. q.74.* *h* 3. Cum occulta defectus manifestatio fit ad separandum amicitiam inter alios, Susurratio nominatur. estq; peius vitium, quã simplex detractio. quia Detractio ad famæ bonum auferendum; Susurratio ad amicitiã, quod bonũ est maius fama, tollendã tendit. 179
i *S.Th.2.2. q.75.* *i* 4. Cum manifestatio defectus fit ioco, ad eũ finem, vt quis confundatur, & erubescat, Derisio, & illusio dicitur. estq; vitium iniustitiæ, quia priuat alterum bono gloriæ, seu bonæ æstimationis, quam ipse habet de se. contingit etiam Derisione lædi reuerentiã, quæ alteri debetur. *k* 5. Lædit quis reuerentiam, quæ alteri debetur, cum ei maledicit. est enim Maledictio, per quã pronunciatur malum contra aliquem, intendendo illud, vel imperando, vel optando: vt cum quis dicit, Disrumpare, Moriatur, Vtinam pereas. Hoc vitium Charitati contrarium est, quatenus vult malum proximo; Iustitię, quatenus verbis explicans illam voluntatẽ, reuerentiam lædit, quæ proximo debetur. 180
k *S.Th.2.2. q.76.* 181
Porro maledicere alteri sub ratione iusti, vt cum Iudex maledicit reo; aut sub ratione vtilis, vt cum quis peccatori optat morbũ, vt resipiscat: non est illicitum. quia per eam maledictionẽ non malũ, sed bonũ intẽditur. 182
Atque hactenus de Contractibus inuitis: quæ vitia sunt Iustitiæ commutatiuæ cõtraria. Duo restant vitia eidem Iustitiæ opposita, Fraudulentia, & Vsura. 183

Frau-

184 Fraudulentia in emptione,& venditione committitur; Vsura in Mutuo. *l* Fraudulentia est, cum quis carius rem vendit, quàm ea valeat: aut emit vilius iusto pretio: aut non compensatur ab emptore damnum, quod venditor ex venditione incurrit: aut venditor occultat emptori defectum rei, quæ venditur, cum emptoris damno, vel periculo. defectus autem potest esse vel secundum speciem, vel secundum quantita-

185 tem, vel qualitatem. Iniustum autem per Fraudulentiam committitur: quia emptoris, aut venditoris ius læditur, quatenus bonum alterius, quod emptor emēdo accipit ab altero, vt illud pretio compensetur, non iusto pretio compensat; vel quatenus pretium emptoris non compensatur à venditore rei, quæ sit æqualis valoris cum pre-

186 tio, quod accipit. Valor autem rei ex ipso rei vsu sumendus est: fit enim rerum commutatio propter vsum earum: quia illis indigemus.

De Fraudulentia.

l S.Th.2.2.q.77.

187 *m* Vsura est, cum quis pro re, quam alteri mutuo tradidit, nō solum ab eo rem ipsam, sed aliquod etiam pretium accipit. Id, cum sola Mutui ratio interuenit, agere iniustum est. Ratio enim Mutui fundatur in re, quæ nullum ex se fructum, seu vtilitatem affert præter ipsum commutationis vsum; qualis est pecunia, & ea, quæ vsu consumuntur, vt triticum, vinum. Qui ergo pecuniā mutuo tradit, ratione eius mutui non habet vllum ius in bona eius, cui mutuauit, nisi in pecuniam, quam mutuauit. quare fit ei iustum,

De Vsura.

m S.Thom. 2.2.q.78.

cum ei sua pecunia restituitur. Si quid præter pecuniam accipit, non suum accipit, sed bonum alterius: ac proinde iniustum committit, ius alterius lædens. Potest tamen 188
præter pecuniam suam, totum illud accipere, quod requiritur ad compensandum dãnum; si quod, ratione mutui, damnum ei contigerit. Potest & gratuitum aliquod donum accipere: modo illud nullam habeat rationem debiti, quasi ex aliqua obligatione tacita, vel expressa. Ex lucro autẽ, quod 189
is, cui mutuauit, per pecuniam fecit, nihil mutuanti debetur: quia illud lucrum, non pecuniæ, sed industriæ fructus est; ac proinde non debetur ei, cuius est pecunia, sed ei, cuius fuit labor, & industria. Quæ autem de pecunia dicimus, dicendum de alijs, quæ mutuo tradi solent.

Hæc de vitijs Iustitiæ particulari oppo- 190
sitis: nunc de Iustitiæ generali contrarijs agẽdum. Cuius, cum primum genus sit Religio; Religionis autem obiectum sit reuerentia, cultusque diuinus, in quem Ius habet Deus: tot contingit esse genera Iniustitię Religioni opposita, quot sunt modi, quibus diuinum Ius læditur ratione reuerentiæ, quæ ei debet exhiberi. Contingit autem diuinum ius lædi ratione reuerentiæ, cum aut non exhibetur Deo reuerentia, cũ debet exhiberi; aut nõ eo modo, quo debet exhiberi; aut alteri, cui non debet exhiberi. ita plura existunt genera vitiorũ Religioni oppositorum, quę sub duobus generibus cõprehẽdũtur, Irreligiositate, & Supstitione.

Irre-

191 Irreligiositatis tot sunt genera, quot genera cultus,& reuerētię,quę debetur Deo. *De Irreligiositate.*

192 1. n Diuinæ excellentiæ debetur ea reuerentia, vt nihil à nobis fiat, per quod de eius perfectione nos dubitare,ac de ea velle experimentum sumere significemus. Si ergo verbis,vel factis aliquid agimus, quo expressè,vel tacitè,seu interpretatiuè id significamus;iniustum contra diuinam reuerentiam cōmittimus,quod o Tentatio Dei appellatur. Tentat ergo Deum, qui dubius de eius scientia,aut potentia, aut bonitate, vt eam experiatur Deum orat: aut sine vlla necessitatis, vel vtilitatis ratione, petit aliquid à Deo fieri, vt miracula: aut sine necessitatis, vel vtilitatis ratione se periculis obijcit.hæc enim in Dei irreuerentiam cadunt, quatenus ex se significatiua sunt expressè,vel interpretatiuè, voluntatis experiendi diuinam perfectionem.

De Tentatione Dei.

n S.Th.2.2. q.97.
o S.Th.1.p. q.114. a.2.

193 p 2.Perfectioni diuinæ veracitatis debetur ea reuerentia,vt ad solam veritatem confirmandam diuina veracitas in testimonium iurando assumatur. eam ergo ad falsitatem confirmandam assumere, vitium est,

194 quod Periurium appellatur. Contingit autem tribus modis falsitatem iuramento cōfirmari,nempe,vel expresse,cum falsum iuratur: vel interpretatiue, cum iuratur aliquid illicitum;quia debet contrarium fieri: vel interpretatiuè, quatenus sine iudicio, facile, ac sine consideratione iuratur; quia qui ita iurat periculo se committit incurrendi falsitatem.

De Periurio.

p S.Th.2.2. q.98.

De Sacrilegio.

q S.Th.2.2. q.99. et 3.p. q.64.a.6.

3. *q* Rebus Deo sacris, id est, ad diuinum 195
cultum ordinatis; aut Dei sanctitatem participantibus, nempe gratiam; aut respectũ ad gratiam habentibus: debetur peculiaris reuerẽtia ratione peculiaris ordinis, quem dicunt ad Deum. Iniustum ergo circa Dei reuerentiam committitur, cum irreuerẽter talia tractantur: quod vitium Sacrilegium nominatur. Contingit autem plura Sacri- 196
legiorum genera esse pro differentia rerũ sacrarũ, quę irreuerenter tractantur. eò autem sacrilegium maius est, quò maiorẽ res sacra sanctitatem habet.

De Simonia.

r S.Th.2.2. q.100.

r 4. Res sacræ, quatenus ad Deum ordi- 197
nantur vt ad auctorem gratiæ, habẽt peculiarem quandam excellentiam; ratione cuius eam peculiarem reuerentiam exigunt, vt æstimẽtur nullo temporali pretio compensabiles, vt verè compensabiles nõ sunt. Qui ergo eas temporali pretio commutaret, vt emendo, aut vendendo, irreuerentiam eis, ac proinde ipsi Deo faceret; quæ Simoniæ nomen habet, à Simone mago, qui primus in lege Euangelica scribitur eo peccato peccasse. Res ergo sacræ ex natura sua exigunt, vt gratis dentur.

De Superstitione.

s S.Th.2.2. q.92.93.

s Nunc ad Superstitionis genera venia- 198
mus: quæ exhibet diuinum cultum aut non eo modo, quo debet, aut cui non debet. Contingit autem diuinum cultum nõ exhiberi Deo eo modo, quo debet exhiberi; cũ non est verus cultus. Non est autem verus 199
1. Cum quid assumitur ad Deum colẽdum, quod falsitatem continet, quatenus quid

fal-

falsum significat: vt si quis nunc post Christi aduentum vellet vti ad Deum colẽdum sacrificijs,& cæremonijs veteris legis,quibus Christi mysteria futura figurabantur.
200 2.Cum in cultu publico,quod Ecclesiæ nomine fit,aliquid assumitur, quod non est ab Ecclesia institutum ad Deum colẽdum per talem cultum. est is cultus falsus,quia vt ab Ecclesia institutus assumitur,qui non est ab
201 Ecclesia institutus. 3. Cum quid vt impetratiuum diuinorum beneficiorum assumitur,quod verè impetratiuum non est.impetratiua ex se sunt preces,& orationes ipsæ. impetratiua per Ecclesiæ institutionẽ sunt ea, quæ ipsius Ecclesiæ precibus consecrata sunt,vt ijs vtantur fideles tanquam signis repræsentatiuis Deo preces Ecclesiæ;vt est Aqua benedicta, cæra, candelæ, oliuæ, & similia, quæ ab Ecclesia benedicuntur ad
202 dictum finem. 4. Cum aliquid exhibetur Deo vt exhibitiuum reuerentiæ,cum reuerentiæ exhibitiuum nõ sit; cum in eius glo-
203 riam non cedat. Hi quatuor modi diuini cultus falsitatem continentis, ad primum superstitionis genus spectant, quod non aliud nomen habet, quam Superstitionis,
204 idest, cultus superflui. Superstitio autem quatenus diuinum cultum exhibet ei, cui exhibendus non est,tria genera complectitur,pro triplici respectu,quem diuinus cultus habet ad Deum; quem respectum Superstitio peruertit,referendo ad creaturas.

De Idololatria.

205 Primum respectum habet diuinus cultus ad Deum, quatenus per illum agnoscitur

t *S.Th.*2.2. q.94. tur Deus vt Deus, ideſt, vt ſummum ens, & primum omnium principium. Cum ergo contingit per aliquem cultum agnoſci vt Deum creaturam aliquam; is cultus eſt Superſtitio, quæ Idololatria nominatur, ideſt, Diuinus cultus Idolorum, ſeu Imaginum, & Simulacrorum. Imago enim eſt, & ſimulacrum, & vmbra, & Imaginatio vana, non verus Deus, quidquid, creatura cum ſit, colitur vt Deus.

De Diuinatione.

u *S.Th.*2.2. q.95.

u Alium reſpectum habere poteſt diuinus cultus ad Deum agnoſcendo illum, & reuerendo vt cognitorem futurorum contingentium, à libera creaturarum intellectualium voluntate pendentium, & occultarum cordium cogitationum. Solus enim Deus eſt horum cognitor, qui ſcientiā habet infinitam, ad omne verum ſe extendentem, etiam futurum, ac ſi præſens eſſet: ac proinde cultus ſignificatiuus, ac veneratiuus talis cognitionis, non poteſt ſine Dei irreuerentia, ac iniuria ad alium, quam ad Deum referri. Refertur autem ad creaturam per ſuperſtitionem, quæ Diuinatio dicitur. quæ futurum, aut occultum cognoſcere tentat, vnde cognoſci non poteſt. 206
Omnis autem diuinatio vtitur ad cognitionem futurorum, vel occultorū aliquo Dæmonis conſilio, vel auxilio. Omnis enim diuinatio per aliquam Dæmonis inuocationem fit, ſiue expreſſam; ſiue tacitam, & interpretatiuam, quatenus talia fiunt ad aliquid futurum, vel occultum cognoſcendū, quibus dignū ſit vt ſeſe Dæmones ingerant. 207

id

id autem agere, est cultum Deo debitum
208 Dæmonibus tribuere. Fit autem hoc tribus modis. Primo per manifestam Dæmonum inuocationem; quod pertinet ad Necromātiam.
209 Secundo per solam considerationem dispositionis, vel motus alicuius rei; vt situs, & motus syderum, cantus auium, sternutationis, & similium: quod ad Augurium spectat.
210 Tertium per exercitium Sortium: quod dicitur Sortilegium. *x* Sub quibus modis varij modi continentur: quos esse illicitos potest quisque colligere ex ijs, quæ paullo ante dicta sunt.

x *Vide S. Thom. 2.2. q.95.a.3.*

De vanis obseruantiis.

211 *y* Tertium respectum habere potest diuinus cultus ad Deum, agnoscendo illum vt auctorem, & effectorem sapientiæ, sanitatis, ac omnium, quæ nobis contingunt siue bona sint, siue mala pœnæ. Fit ergo contra reuerentiam Deo debitam, quando aliquid assumitur ad acquirendam scientiam, aut sanitatem, aut ad pericula vitāda, quæ vim non habent ad hæc efficienda per vllā Dei dispositionem neque naturalem, neque supernaturalem: aut obseruantur vt signa futurorum euentuum, quæ nullo modo eorū signa sunt neque naturalia, neque supernaturalia. Ille enim vsus, & obseruatio ex se vana sunt: nisi effectus, non exhibitione illorū, sed precibus, aut alijs modis à Deo ordinatis, expectetur ab ipso Deo. Qui ergo illa exhibet expectando per illa effectum aliquem, necesse est vt aut ex inuocatione, vel pacto aliquo expresse cum Dæmone inito illum effectum expectet: aut ex pacto im-

y *S.Th.2.2. q.96.*

implicito,& interpretatiuo. quia cum neq; Deus auctor sit illius effectus, cum nullum signum habeamus eum siue via naturali, siue supernaturali concurrere; neque Angeli boni, quippe qui diuinæ voluntati in agendo subordinantur:restat vt is effectus à Dæmonibus expectandus sit. Non licet autem 212
à Dæmonibus expectare: tum quia multa non possunt ipsi efficere;ac proinde obseruantia illa vana ex hoc etiam capite redderetur,ac proinde illicita,quia careret vero fine:tum quia Dæmones omnia referunt ad malum finem: tũ quia hostes Dei,ac nostri sunt,nostram perniciem intendẽtes;ac proinde non licet eorum opera vti. Hoc ergo est Superstitionis genus quoddam, quod vanæ obseruantiæ nomen habet.

De Blasphemia.

Porrò inter vitia Religioni cõtraria posset etiam Blasphemia numerari. est enim diuinæ laudi opposita,quæ Religionis quędam pars est. sed Blasphemiam d.7 cũ vitijs confessioni fidei oppositis numerauimus. 213

De Inobedientia.

Restant duo Iniustitiæ genera, Inobedientia,& Iniustitia illegalis. z Quoddam peculiare iniustum committitur per Inobedientiam, quatenus Superiorum præcepto reuerentia subtrahitur,quæ illi per obediẽtiam debetur. vt autem is actus Inobedientia formaliter sit, requiritur vt primariò in præceptum feratur, ab illo se auertendo. si enim primariò non in præceptum, sed in aliud obiectum bonum ferretur, ab eo se auertendo;non inobedientia formalis esset, sed tantum materialis, quatenus contingit 214

z S.Th.2.2. q.105.

215

illud

illud obiectum cadere sub aliquod præceptum, à quo obiecto dum quis se auertit, consequenter etiam à præcepto se auertit. formaliter autem is actus esset peccatum cõtra aliam virtutem. vt è contrario si quis primariò aliquod virtutis obiectum prosequeretur, non quia præcipitur, sed quia ex natura sua prosecutione dignum est: is actus non esset formaliter obedientia; sed actus alterius virtutis, cuius est obiectum.

216 Iniustitia illegalis est, quæ ex contemptu boni communis, & ex certa intentione faciendi contra illud, inclinat ad committendum peccatum aliquod cõtra quamuis virtutem. Ex hac definitione intelligitur iniustitiam illegalem esse vitium distinctum ab alijs vitijs: quia eius obiectum habet rationem formalem distinctam à rationibus formalibus obiectorum aliorum vitiorum. est autem Iniustitia illegalis causa aliorũ vitiorum, quatenus ex contemptu boni communis inducitur homo ad quodcũque peccatum perpetrandum, nempe vt noceat bono communi. *De Iniustitia illegali.*

217 Iam Iustitię, ac Iniustitię generibus propositis, quantum satis visum est ad sacram doctrinam intelligendam: nunc pro eiusdẽ intelligentia virtutes aliquas proponamus cum suis vitijs oppositis, quæ Iustitiæ affines sunt. Sunt autem affines Iustitiæ, eique similes, quia eius rationem participãt, quatenus sunt ad alterum. Sed ab eadem deficiunt, ac proinde ad Iustitiæ genera non spectant: quia Iustum, quod faciunt, non *De virtutibus, quae sũt affines Iustitia.*

funda-

fundatur in vero debito respectu alterius; ac proinde non est vere iustum. Fundatur autem in debito decentiæ: quod primariò dicit respectum non ad alterum, sed ad rationem. veræ autem Iustitiæ iustum, primariò ad alterum, secundariò dicit respectum debiti ad rectam rationem. Porro homo ens finitum est, non habens omnem perfectionem: indiget ergo aliorum societate vt perficiatur; ac proinde debet rectè se ad alios ordinare vt ad compartes. Actionum nostrarum ordo, qui erga alios debetur, nō ex debito Iustitiæ, sed decentiæ, quia homo debet rectè se habere ad cōuiuendum cum alijs; ad virtutes spectat affines Iustitiæ. Sunt autē virtutes Iustitiæ affines, Gratia, Liberalitas, Magnificentia, Affabilitas, Veritas, Vrbanitas, Vindicatio. vt enim quis rectè, vt decet, cum alijs conuiuat, debet se illis gratum exhibere, liberalē, officiosum, veracem, iucundum, moderatum cum iræ motus insurgit.

De Gratitudine.

a Gratia, siue Gratitudo, est virtus, per quam conuenienti aliquo modo compensatur gratiosum beneficium ab alio acceptum. Aduertendum autem in compēsando beneficio posse interdum interuenire verā rationem debiti; vt accidit cum compēsantur Dei beneficia, & parentum, & eorum, qui dignitate præcellunt: & tunc ea Gratitudo esset inter Iustitiæ genera numerāda, nempe Religionis, Pietatis, Obseruātiæ. 218

a S.Th.2.2. q.106.

Debet autem qui beneficium compensat eniti vt compensatio beneficium excedat, 219

quan-

quantum in se positum est: quia qui minus, vel æquale retribuit, non videtur facere gratis, sed reddere quod accepit. Par autẽ est reddi gratiæ, idest, beneficio, gratiam. vbi autẽ deficit effectus, suppleat affectus: congruum enim est affectui, vnde beneficium profectum est, affectum retribui.

220 *b* Gratiæ contrarium vitium est Ingratitudo, quæ licet committatur per omnem actum, quo benefactoris Ius læditur: nõ tamen semper formalis ingratitudo est, sed materialis. Formalis est ingratitudo, quæ suo actu beneficij contemptus est aliquo modo. Id accidit, cum quis quando potest, & debet, beneficium non retribuit: cum sua culpa beneficij obliuiscitur: cum dissimulat beneficium accepisse, quasi non acceperit: cum mala pro bonis retribuit: cum beneficium vituperat: cum beneficium quasi maleficium reputat. *De Ingratitudine.* b *S. Th. 2. 2. q. 107.*

221 *c* Liberalitas duplicem inclinationẽ habet: alteram ad moderãdum passiones circa diuitias: alteram ad insumendum diuitias ad vtilitatem tum propriam, tum aliorum. Liberalem enim omnes putant eum, qui liberum animum habet ab inhærendo diuitijs: vt ob id propensionem habeat ad impendendum illas secundum rectam rationem & ad vsum proprium, & ad vtilita- *De Liberalitate.* c *S. Th. 2. 2. q. 117. Arist. 4. Eth. c. 1.*
222 tem aliorum. Ob eãdem liberi animi rationem, ad virtutem etiam liberalitatis spectat honesta acceptio: cum accipit quis quantũ, & vnde accipere debet; & cum accipit sine immoderata cupiditate; & vt habeat,

vnde

vnde alijs honeste largiatur. Sed largitio principaliter à liberalitate spectatur: quia præstantius est dare, quam accipere. Est au- 223
tem liberalitas Iustitiæ affinis, nō quatenus passiones moderatur; neque quatenus versatur circa diuitias in ordine ad proprium commodum: sed quatenus est ad alterum, impendens diuitias in commodum aliorū, & largitiones faciens.

De Magnificentia.

d S.Th.2.2. q.134. Arist. 4. Eth.c.2.

d Iam si quis liberalis sit secundum re- 224
ctam rationem, spectatis circumstantijs, præsertim propriæ personæ, ac boni communis; in sumptibus faciendis circa opera magna, decora, diuturna; nō vtilitatem, sed splendorem, & ornamentum præcipuè spectantia; idque ob bonum commune ciuitatis, familiæ, aut ob cultum diuinū: ea actio non ad liberalitatis, sed ad Magnificentiæ virtutem spectat.

De Prodigalitate, et Auaritia.

e S.Th.2.2. q.118.119. Arist. 4. Eth.c.1.

e Porrò Liberalitati duo vitia, Prodi- 225
galitas, & Auaritia, seu Illiberalitas, opponuntur. Cum autem liberalitas duplicem inclinationem habeat, vt supra dictum est, alteram ad moderandum passiones circa diuitias, alteram ad largiendum: vitia quoque ei contraria duplicem inclinationem habent contra rectam rationem, tum excedendo mediocritatem à ratione præscriptam, tum deficiendo ab illa. Itaque Prodi- 226
galitas deficit in affectu erga diuitias, habēs erga illas minorem solicitudinem, quam debet haberi: excedit autem in affectu erga largitionem, plus debito diuitias largiendo. Auaritia vero excedit in affectu er- 227
ga

ga diuitias, nimium in eas amorem, & desiderium, ac delectationem habens: deficit
228 autem in largiendo. Solet autem interdum Auaritia sumi pro immoderata acceptione, & conseruatione diuitiarum, quatenus eæ acquiruntur vltra debitum, aliena surripiendo, vel retinendo. & secundum hanc acceptionem Auaritia opponitur Iustitiæ commutatiuæ, ad quam spectat facere iustum arithmeticum. Huius generis Auaritia sunt Furtum, Rapina, Fraudulentia, Vsu-
229 ra; de quibus supra dictum est. Porrò mensura amoris erga diuitias sumitur ex fine, ad quem ordinatæ sunt diuitiæ; nempe ex vsu ipsarum, quantum necessariæ sunt ad vitam degendam secundum propriam cuiusque conditionem.

De Paruificẽtia, & Consumptione.

230 Magnificentiæ duo vitia opponuntur, Paruificentia, & Consumptio, quæ Banausia græcè appellatur. f Paruificentia, deficit in sumptibus faciendis, inclinãs ad sumptus paruos, minores, quàm opus, personas, &
231 finem decent. Banausia excedit proportionem, quàm ad opus debent habere sumptus secundum rectam rationem.

f S. Th. 2. 2. q. 135. Arist. 4. Eth. c. 2.

De Affabilitate.

232 g Affabilitas, est virtus, per quam quis ijs, quibus cum conuiuit, varijs officijs se carum reddit. Quatenus enim homo est animal sociale, debet ita se cum alijs habere, quibus cum agit, vt eos secundum rectam rationem non contristet, seq; illis amabilem reddat, ne soluat societatem cum illis. Ob id Affabilitas alio nomine Amicitia
233 appellatur. sed differt ab Amicitia, & à

g S. Th. 2. 2. q. 114. Arist. 4. Eth. c. 6.

Charitate: quod Amicitia, præter officia, quæ reddit amicis, dicit amorem erga amicos. Affabilitas autem non dicit amorem, sed præcisè versatur circa officia, quæ verbis, & factis exhibentur alijs, vt conuiuens alijs, sit illis iucundus, & carus. Officia autem, quæ ab hac virtute præstantur, non habent aliud debitum, quàm decentiæ.

De Adulatione.

h S.Th.2.2. q.115.

h Affabilitati duo vitia opponũtur, Adu- 234
latio, ac litigium. Adulatio excedit in delectando verbis, vel factis in communi conuersatione. Contingit autem multis modis
excedere. 1. Cum propter aliquod bonum 235
exequendum, aut malum vitandum, debet quis contristare potius alios, quam dele
ctare. 2. Cum laudantur res malæ, aut non 236
certæ. 3. Cum ex laude timetur inanis 237
gloria. 4. Cum delectatio adhibetur sola 238
intentione delectandi, nullo fine honesto. & qui ita delectat, appellatur Placidus.
5. Cum delectatio adhibetur intentione lu- 239
cri. & qui ita delectat, dicitur Blandus, & Adulator, strictè sumpto adulationis nomine.

De Litigio.

i S.Th.2.2. q.116. Arist. 4. Eth.c.6.

i Litigium deficit à medio Affabilitatis. 240
estque vitium, quo quis contrariatur ijs, quibus conuiuit; neque veretur eos contristare: nõ ex defectu amoris, quia talis contradictio pertineret ad discordiam; sed tantum, quia non curat contristare.

k Veritas, siue veracitas est virtus, per 241
quam talem se quis exhibet alteri tum verbis, tum factis, qualis re vera est. Ad hanc 242
virtutem reuocatur Fides, seu Fidelitas.

Est

Eſt autem Fidelitas virtus, quæ inclinat ad
exequendum quodcunque opus promiſ-
ſum.
243 l Porrò poteſt quis veracē ſe alteri exhi-
bere aut circa ſeipſum, præſeferendo di-
ctis, vel factis talem, qualis re vera eſt: aut
circa alia, ita ſermone, vel factis ſignifican-
do ea eſſe, qualia verè ſunt, aut ſaltem
qualia ab ipſo putantur eſſe. Vitium, quo
quis ſignificat verbis ſe, vel alia alio modo
habere, quam re vera ſe habeant, Menda
244 cium appellatur. Hoc idem, ſi non verbis,
ſed factis indicetur, Simultatio nominatur.
245 Requiritur autem ad formalem rationem
tum mendacij, tum ſimulationis, voluntas
enunciandi, & ſignificandi falſum. Ea vo-
luntate poſita, tum Mendacium, tum Simu-
latio vitia formaliter ſunt: quia contra ra-
tionem eſt ſumere ſigna externa, quæ inſti
tuta ſunt ad cogitationes indicandas, ad
aliud ſignificandum, quàm cogitatur, idque
246 animo fallendi. Cum autem veritas medij
cuiuſdam rationem habeat: contingat au-
tem vel eam tranſgredi in maius, addendo
ei aliquid falſum; vel ab ea deficere in mi-
nus, detrahendo aliquid à vero: inde fit, vt
duo ſint Mendacij, & Simulationis genera,
alterum per exceſſum, alterum per defe-
247 ctum. Vitium, quo quis peculiariter circa
ſeipſum excedit, maiora de ſe verbis enun-
ciando, quam re vera ea ſunt, peculiari no-
248 mine Iactantia dicitur. Id, ſi factis fiat, di-
249 citur Arrogantia. Simulatio autem illa,
qua quis ſimulat perſonam alterius, vt cum

De Veritate, & Fidelitate.

De Mendacio, Simulatione, Iactãtia, Ironia.

k S.*Th*.2.2. *q*.109. *Ariſt*. 4. *Eth*.*c*.7.

l S.*Th*.2.2. *q*.110.111. 112.113. *Ariſt*. 4. *Eth*.*c*.7.

peccator simulat personam iusti, appellatur Hypocrisis. Vitium, quo quis à veritate 250
deficit, minora de se verbis enuncians, quàm re vera sint, aut putat esse, Ironiæ nomen habet; Dissimulationis, si idem factis significet.

De Vrbanitate, seu Eutrapelia.

m Vid. d. 13. S. Th. 2. 2. q. 160. a. 2. Arist. 4. Eth. c. 8.

m Vrbanitas, seu Facetudo, quæ græcis 251
Eutrapelia dicitur, est virtus, quæ concinnè, & lepidè, ac secundum rectam rationem circa sales, & iocos versatur. Recta autem ratio dictat pensandas esse circumstantias personarum, loci, temporis, & cetera huiusmodi. Non enim iocus ex virtute exhibetur, nisi conueniat personæ illum exhibenti; ei, cui exhibetur; tempori, loco, &c. & nisi exhibeatur ob finem honestum; qualis est quies animi, & recreatio, quæ interdum necessariæ sunt hominum vitæ.

De Scurrilitate, & Rusticitate.

Est autem Vrbanitas media inter Scur- 252
rilitatem, & Rusticitatem. Scurræ sunt, qui sibi modum in ridiculis non adhibent, vincunturque cupiditate ridicula dicendi: quare vt risum moueant, nec sibi parcunt, nec alijs: taliaque in se, ac alios dicunt, qualia honesti hominis aures non ferant. Agre- 253
stes contra, & Insulsi, nec ipsi quicquam festiuè dicere queunt; & ijs, qui dicunt, stomachantur.

De Vindicatione.

n S. Th. 2. 2. q. 108.

n Vindicatio est virtus, per quam iniurias honestè vlciscimur intentione remouendi nocumenta. Vltio enim potest fieri vel intentione nocendi, vel ad remouendum nocumenta. Secundo modo versatur

circa

circa obiectum honestum; ac proinde potest esse actus virtutis.

254 Porrò differt Vindicationis virtus à Iustitia vindicatiua: quod licet vtraque circa vltionem versetur, id est, circa retribuendum malum ei, qui malum intulit: Iustitia vindicatiua spectat retributionem mali, vt facientem æqualitatem, seu compensantem malum alteri illatum: Vindicatio autem spectat retributionē mali, non vt facientem æqualitatem, sed præcisè vt remouentem nocumentum iniuriæ illatæ. Quare Vindicatio non est species Iustitiæ, sed virtus Iustitiæ affinis, quatenus est ad alterum. Iustitia autem vindicatiua species est Iustitiæ commutatiuæ: quia circa iustum arithmeticum versatur, quatenus tantum infert damni ei, qui damnum intulit, quantum

255 fuit damnum illatum. Vindicationi duo vitia opponuntur, alterum per excessum, Crudelitas, seu Sæuitia, cum exceditur mensura in puniendo: alterum per defectum, cum quis nimis remissus est in pœna exigenda. Sed de his in dist. 12. dicetur.

256 Nunc de Iustitiæ subiecto breuissimè dicamus. quod vnum restabat dicendum de Iustitia. fusiorem huius rei disputationem in Summam Ethicæ reiecimus Disp. 3. q. 2. Prop. 10. Vbi ergo Iustitia reperitur? in hominibus solum? an etiam in Deo? Cum autem homo plures potentias habeat: quæ *De Iustitiæ subiecto.*

257 hominis potentia Iustitiæ sedes est? o Putamus etiam in Deo veram Iustitiæ rationem reperiri, esseque inter Dei perfectio- *o S. Dionys. de Diuin. Nom. c. 8.*

S. Th. 1. p. q. 21. a. 1. & 1. 2. q. 21. a. 4. & q. 114. a. 1. Suar. opusc. 6.

Vide supra n. 55.

p Vide S. Thom. 1. p. q. 21. a. 1. ad 3.

nes vnam inclinantem ad verum iustum. Est enim verum iustum vbi est vera Iurium alteritas, ac proinde vera exigentia, & verum debitum iusti. Verum autem Iusti debitum est, quod maiorem debiti rationem habet, quam debitum decentiæ; nec proinde potest ad aliam virtutem, quàm ad Iustitiam pertinere. Inter totum autem, & partem est vera distinctio. p Iam homo habet Ius ad bona Dei, quatenus homo est sui arbitrij, vt possit opera bona facere, vel non facere; & Deus bene operantibus vitam æternam promisit. Exigit ergo bonum hominis opus vitam æternam à Deo promissam. Quamuis autem Ius diuinum in creaturas omnes vnum sit, & omnia sint ipsius Dei, etiam Ius hominis in bona Dei, & liberum hominis arbitrium. Ius tamen hominis, quod est sub Iure Dei, habet se vt pars quædam respectu Iuris diuini, quod verè totum quid est. Ergo est vera Iuris distinctio inter Ius hominis, & Ius diuinum; ac proinde vera alteritas, & vera exigentia vt Iustum fiat. Est igitur vera Iustitia in Deo illa perfectio, per quam inclinat ad eum actum, vt posito eius pacto, & promissione, bene per suum liberũ arbitrium operanti, vitam æternam tribuat. sicut negari non potest quod vera Iustitia vindicatiua in Deo sit, quatenus male operantibus pœnas rependit. Vt ergo ius, quod homo habet in sua opera vt bene, vel male agat, satis est vt sit tanta alteritas inter Ius hominis, & Ius Dei; vt verè iustum sit, quod

Deus

Deus facit, cum mala opera punit: ita idem Ius satis erit, vt sit tanta alteritas, vt verè iustum sit, quod Deus facit, cum bonis ope-
258 ribus præmia tribuit. *q* Porrò sedes Iu- q *S.Th.2.2. q.58.a.4.*
stitiæ voluntas est. est enim actus Iustitiæ, voluntas tribuendi vnicuique suum. Ad hunc actum non potest se sensus erigere. inclinat enim Iustitia ad reddendum alteri debitum vt debitum alteri est. inclinatio hæc intellectualis partis est, potentis reflectere supra seipsam, & supra suos actus; & valentis referre se ad alterum vt alterum est. Sensus autem semper inclinat ad bonum proprium, vt ipsa docet experientia, nec potest reflectere.

DE FORTITVDINE.

HOmo bona opera debet agere, vt vitam 1
æternam cõsequatur, vt in dist. 6. dictum est. Homo autem agẽs intellectuale ex animo constat, & corpore. Debet ergo non solum actiones, quæ solius animi sunt, sed sensus etiam actus operari secundum rectam rationem. *a* Appe- 2
titus autem sensitiuus duas partes habet, Irascibilem, & Concupiscibilem: quarum altera tributa est homini à Deo ad repellendum malum sensibile corpori contrarium; altera ad trahendum ad se bonum sensibile corpori consentaneum.

a S.Th. 1.p. q. 80. & q. 81. a. 2. & 1.2. q. 60. a. 4.

De Ratione formali Fortitudinis, & eius obiecto, ac materia.

Contingere autem solet vt in repellendo 3
malo sensibili, & in procurando bono sensibili, appetitus non gerat se moderate, ac vt hominis appetitum decet, iuxta rectã rationem. vt igitur appetitus sensitiuus moderate se gerat; debet Ratio prẹscribere illi in quaque actione modum moderate se gerendi pensatis omnibus circumstantijs. *b* Actus, 4
qui ab appetitu fiunt iuxta præscriptũ rationis, in repellendo, vel admittendo malo sensibili;

ſibili; actus Fortitudinis appellantur. eodemque nomine appellantur habitus boni, qui ab illis actibus relinquũtur, quique rurſum ad eiuſdem generis actus bonos inclinant, & facilitatem appetitui præbent ad eos formandos. b S.Th. 2.2. q. 123. a. 1.

5 Porrò inter mala ſenſibilia, quæ materia, & obiecta fortitudinis ſunt, aliqua sũt acerba, & terribilia, vt mors. *c* Actus ergo, & habitus, per quem animus erga ea, quæ ſunt acerba, & terribilia, ita rectè ſe habet, vt neq; praue timẽdo, neque temere audendo diſcedat propter illa ab officio rectæ rationi conſentaneo; ſed in illo ſe contineat, ſiue timendo, & cauendo; ſiue audẽdo, & opus arduum aggrediendo, pro vt recta ratio præſcripſerit: peculiari ratione, & per excellentiam Fortitudo appellantur. eſtque primarium quoddam Fortitudinis genus; quia circa ſenſibilia mala primaria verſatur: ad quod cetera fortitudinis genera comparata, non vt fortitudines, ſed vt actus, & virtutes fortitudini affines reputantur: & interdum ſolent reſpectu huius primi generis habere ſe vt partes quædam illud integrantes. contingit enim eas habere pro obiecto minora quædã mala, quę concomitari ſolent, & componere malum acerbum; vt ſingula corporis mẽbra integrant, & componũt ipſum corpus. quod clarius ex ijs, quæ de ſingulis infra dicentur, intelligetur.

De Fortitudine ſpecialiter dicta.

c S.Th. 2.2. q. 123. a. 2. 3. 4. 5. 11.

6 Cum autem contingat à Fortitudinis rectitudine diſcedere ob paſsiones immoderatas, quæ in repellendo malo acerbo concurrunt: concurrere autẽ poſsint omnes

nes vndecim passiones; nempe Amor, concupiscentia, delectatio circa bonum malo acerbo contrarium; odium, abominatio, tristitia circa malum acerbum; spes, & audacia circa media ad bonum retinendum, aut malum vitandum valētia; desperatio, & timor, cum media non suppetunt; Ira in rependendo malo ei, qui malum infert: inde fit, vt materia, circa quam moderādam Fortitudo versatur, ne quid fiat contra rectam rationem, possint esse omnes passiones. Versatur autē 7
circa passiones aut excitando illas, aut frænando: ne vel per defectū, vel per excessum peccetur contra rationem in malo acerbo fugiendo. De modo autem tum excitandi, tum frænandi passiones agitur fuse in nostra Ethicæ summa Disp. 3. quæst. 1. Prop. 2. quæ Summa ad pleniorem huius Introductionis Theologicæ doctrinam valet nō parum: sed non videtur hic iterum repetenda.

De Martyrio.

d S. Th. 2. 2. q. 24.

d Iam ad honestatem, ac nobilitatē actus 8
maxime facit honestas, & nobilitas finis. Finis autem maxime honestus, est bonum commune, præsertim Ecclesiæ, salus æterna proximorum, & in primis testificatio diuinæ veracitatis, quæ est bonum Dei. Quare præcipui Fortitudinis actus sunt, Cruciatus, & mors ipsa, quæ fortiter sustinentur, & obeūtur pro patria, pro Dei Ecclesia, pro salute animarum, ac in primis pro Dei fide. Cruciatus autem, & mors pro Dei fide tolerata Martyrium appellatur.

Passiones autem, circa quas moderandas 9
Fortitudo versatur, sunt præcipuè duæ, Ti-

mor,

mor,& Audacia.quia ad has tandem cæteræ paſsiones terminantur.contingit ergo cõtra Fortitudinem peccari, cum quis vel non timet,vel non audet moderatè.Non timet autem quis moderatè,cum vel timet quod non oportet, aut ſicut non oportet, aut quando non oportet: vel cum non timet, quando timendum,aut quæ timenda. Duo ergo vitia ſunt, quæ Fortitudini opponuntur ratione timoris, *e* alterum per exceſſum Timiditas,
10 *f* alterum per defectum Intimiditas.Rurſum non audet quis moderatè, cum vel contra rationem rectam timet labores, eoſque refugit,quos ſubire oporteret; ſeu cum nõ audet quod debet, & quando debet: vel cum temere audet, & aggreditur quod non debet, aut quando non debet. Duo ergo alia vitia Fortitudini opponuntur ratione audaciæ, *g* alterum per defectum Ignauia, *h* alterum per exceſſum Audacia, ſeu Temeritas. Nunc alia Fortitudinis genera, ſeu virtutes Fortitudini ſpecialiter dictæ affines explicemus,& earum vitia contraria.

De vitÿs Fortitudini contrarÿs Timiditate, Intimiditate, Ignauia, Temeritate.

e S.*Th*.2.2.q.125.
f S.*Th*.2.2.q.126.
g S.*Th*.2.2.q.125.
h S.*Th*.2.2.b.127.

11 *i* Cum autem Fortitudinis generice acceptæ obiectum, ſiue materia ſit malum ſenſibile:rationem autem mali ſenſibilis non ſolum habeant ea,quæ ſunt acerba, circa quæ Fortitudo ſpecificè ſumpta verſatur;ſed etiã alia, quæ modo ipſa acerba mala comitantur,modo alia minora mala, modo etiam cũ bonis ipſis coniunguntur:fit,vt tot ſint virtutes Fortitudini genericæ ſubiectæ, & affines Fortitudini ſpecificæ ſumptæ, quot ſunt,prę ter acerba mala, mala alia ſenſibilia ratione

De virtutibus Fortitudini affinibus.

i S.*Th*.2.2.q.128.

inter

inter se distincta. Habent autem mali ratio-tionem, exceptis acerbis, tum mala minora absolute sumpta; tum difficultas ad bonum consequendum, vel malum fugiēdum ex impedimentis absolutè consideratis; tum difficultas, quæ prouenit ex diuturnitate actus; tum difficultas, & molestia ex rei expectatæ dilatione; tum anxietates, & curæ circa pericula, quas solet timor concitare; tum difficultas, quæ obijcitur ad bonum consequendum; tum difficultas, quæ obijcitur ad bonum excellens consequendum, quia excellens est; tum difficultas sumptuum in operibus magnis. Singula hæc mala singularum virtutum materia sunt, quas deinceps numerabimus Fortitudini specificè sumptæ affines.

De Patientia.

k S.Th.2.2. q.136.

12 k Patientia firmat animum aduersus tristitias, ne ab illis oppressus deserat officium rationis. Consentit in omnibus cum Fortitudine, præter quam in eo, quod materia Fortitudinis sunt res acerbæ, ac terribiles, præsertim mortis pericula: Patientiæ autem materia sunt cetera mala, his maioribus exceptis. effectus Patientiæ sunt: Tristitiæ sublatio, vel moderatio secundum rectam rationem, vt rationem plenè sui compotem relinquat, & actus aliarum virtutum non impediat: Externarum actionum, verborum, & gestuū moderatio, vt per tristitiam nihil indecori foris agatur.

De Insensibilitate, & Impatiētia.

13 Patientiæ duo vitia contraria sunt, Insensibilitas, & Impatientia. *l* Insensibilitas est, qua quis neque suis, neque alienis malis tangitur. Opponitur Patientiæ per defectum &

huma-

humanitati, & amicitiæ, & vitæ politicæ in-
14 congruum hoc vitium eſt. Impatientia con
traria eſt Patientiæ per exceſſum: cum quis
nimium dolet, aut etiam ex dolore à recto
diſcedit.
15 Conſtantia, & Perſeuerantia virtutes ſunt,
quibus firmatur animus ad perſiſtendum in
recta ratione vſque ad finem operis boni.
Firmat autem *m* Perſeuerantia contra mo-
leſtiam, ſeu difficultatem, quæ oritur ex diu-
turnitate actus, ſeu temporis in opere bono
16 perficiendo: *n* Conſtantia vero contra dif-
ficultatem ex quibuſuis alijs impedimentis.
17 His duabus virtutibus Pertinacia oppo-
nitur, & Inconſtantia. *o* Pertinacia eſt, qua
quis perſeuerat, & firmus manet in propoſi
ſito ſiue ſentiendi, ſiue agendi, cum nõ opor-
18 tet, vel plus, quam oportet. Inconſtantia, qua
quis ab incepta actione deſiſtit tædio diutur
19 nitatis. *p* Si quis ob alia incommoda deſi-
ſtat, præſertim ob priuationem delectatio-
20 num, Mollities hoc vitium appellatur. Per-
tinacia dictis virtutibus opponitur per ex-
ceſſum: Inconſtantia, & Mollities per defe-
ctum.
21 *q* Longanimitas firmat animũ contra mo-
leſtiam, quæ percipitur ex rei expectatæ di-
latione. Species quædam Patientiæ videtur
Longanimitas eſſe: eiq; eadem vitia oppo-
ni, quæ opponuntur Patientiæ.
22 *r* Securitas placat, & confirmat animum
aduerſus nimias anxietates, & curas, quas
ſolet timor concitare. Actus Securitatis eſt,
nolle cogitare, neque ſolicitũ eſſe de modo
vitan-

l *Ariſt.* 2. *Eth.c.*7. & 3.*Eth.c.*11. *S.Th.*2.2. *q.*142.*a.*1.

De Conſtantia, et Perſeuerantia.

m *S Thom.* 2.2. *q.* 137.

n *S.Th.*2.2. *q.* 128. & 137.*a.*3.

De Pertinacia, Inconſtantia, Mollitie.

o *S.Th.*2.2. *q.*138. *a.*2.

De Longanimitate.

De Securitate.

p *S.Th.*2.2. *q.*138.*a.*1.

q S.Th.2.2. q.136.a.5. r S.Th.2.2. q.129.a.7.

vitandi pericula: quod putetur talis solicitudo non necessaria, neque conformis rectæ rationi. Cum autem solicitudo oriatur ex 23
timore, qui vt ait Arist. 2. Rhet. c. 5. facit homines consiliatiuos, quatenus scilicet curam habent quomodo vitare possint ea, quæ timent: ea, quæ valent ad timorem frænãdum, valent etiam ad securitatem concipiendam.

De Fiducia.

s S.Th.2.2. q.129.a.6.

s Fiducia, seu Fidentia est virtus perficiens 24
animum vt sit promptus ad aggrediendum opera ardua; quia adest facultas ad exequẽdum. Firmat ergo animum contra difficultates, quæ includunt quandam rationem mali, quatenus habent defectum facilitatis ad obtinendum bonum.

De vitijs Securitati, & Fiduciae oppositis.

Securitati, & Fiduciæ opposita vitia facile 25
intelligi possunt ex vitijs Fortitudini, & Magnanimitati cõtrarijs; quamuis peculiare nomen non habeant.

De Magnanimitate.

t Arist. 4. Eth. c. 3. S.Th. 2.2. q.129.

t Magnanimitas perficit animum, vt circa res magnas, & præsertim circa honores magnos recte se habeat; nempè eos pro vt expedierit vel contemnendo, vel moderatè curando. Immediatus actus Magnanimitatis est appetitio rerum magnarum secũdum rectam rationẽ. Oritur autem is actus ex consideratione adiumentorum, nobilitatis, ornamentorum, ac in primis virtutum, quæ sunt in animo, cui proinde conuenit appetere magna. Ratio formalis obiecti magnanimi- 26
tatis est Magnitudo rationi rectæ congruens. quare motiuum cur Magnanimitas in quacunque materia magna appetat, est quia magna, & ardua sunt. Materiale autem obiectũ

sunt

sunt ipsæ res magnæ: inter quas principem
locum obtinēt honores magni, tum quia ma-
gnus honor est magnorum operum, & ma-
gnæ virtutis præmium, ac proinde quid vlti-
mum in rectis actionibus; tum quia valde
difficile est moderari appetitionem hono-
rum, quippe ad quos magno impetu fertur
appetitus rationalis.

De Philotimia.

27 *u* Circa mediocres autem honores, cum
moderate appetuntur, est alia virtus Philo-
timia. quæ ita se habet ad Magnanimitatem,
sicut Liberalitas ad Magnificentiam.

u *Arist.* 4. *Eth.c.*4. *S.Th.* 1.2. *q.*60.*a.*5.

28 Oriuntur ex Magnanimitate multi effe-
ctus; quos numerauimus in Summa Ethicæ
Disp.3.q.3.Prop.3.

De vitijs Magnanimitati oppositis.

29 Magnanimitati opponūtur tria vitia secū-
dū excessum, Presumptio, Ambitio, Inanis glo
ria; vnum secundū defectum, Pusillanimitas.
30 *x* Præsumptio, siue Prefidentia est, qua
quis aggreditur aliquid, vel paratus est ag
31 gredi, quod est supra vires, quas habet. Est
aliud genus Præsumptionis, qua quis nimiū
fidit de suis viribus. quod vitium opponitur
Fiduciæ per excessum. Inter vires autem nu-
merāda sunt etiam auxilia, quæ sunt ab alijs.

De Praesumptione.

32 *y* Ambitio est, qua expetitur honor, aut
qui non debet expeti, vt maior, quam pro-
pria excellentia mereatur; aut sicut non de-
bet; aut inutiliter, non referendo ad vtilita
tem vllam propriam, vel aliorum.

De Ambitione.

x *S.Th.*2.2 *q.*130.

33 *z* Inanis gloria est, qua gloria expetitur,
idest opinio, & laus, siue de simulata excellē
tia; siue maior, quam par sit; siue apud eos,
apud quos non debet quæri; siue non appo-
nendo

De Inani gloria.

y S.Th.2.2. q.131. z S.Th.2.2. q.132.

nêdo finem vllum debitum. Opponitur Magnanimitati,& Philotimiæ, quæ circa honores versantur,atque etiam gloriam. Distinguitur autem honor à gloria.quod Gloria in notitia excellentiæ alterius, & laude, quæ verbis agitur,posita est: Honor autem in dignitatibus,magistratibus, & alijs testimonijs excellentiæ,quę signis exhibentur.

De Pusillanimitate.

a S.Th.2.2. q.133.

34 a Pusillanimitas est, qua quis refugit ea, quæ facultatē suā nō excedunt;& honorem, ac gloriam cōtra quā recta ratio præscribit. Oritur ex opinione, qua quis omnia nimium magna,& suā facultatē,ac excellentiā excedentia concipit.Tollitur cōsideratione auxiliorum, propriæ excellētiæ,præmiorū,actionum præclarè ab alijs gestarū,& aliorū,quæ fiduciā augent. Opponitur .n. Pusillanimitas etiam Fiducię per defectū.Est autem Pusillanimitas vitium: quia contra inclinationē naturalem est, quam omnes res habēt ad actiones commensuratas suæ potentiæ. Vt autem per præsumptionē quis excedit proportionē suæ potentiæ, dum nititur ad maiora, quam possit:ita pusillanimis deficit à proportione suæ potentiæ, dum recusat in id tendere, quod est suæ potentiæ commensuratum. 35

De Magnificentia.

b S.Th.2.2. q.134.

36 Vna virtus reliqua est Fortitudini affinis, Magnificētia. de ea verò,& vitijs oppositis in 11.dist.dictū est.Est.n.b Magnificentia mixta quędā virtus,affinitatē habens & cū Fortitudine, quatenus firmat animū contra difficultatē,quā afferunt sūptus in operibus magnis; & cū Iustitia,quatenus est aliquo modo ad alterū,bonū cōmune spectās in operibus magnis.

DI-

DE TEMPERANTIA.

De Temperantia largè ſũpta.

1 ALtera pars ſenſitiui appetitus eſt Concupiſcibilis. cuius obiectũ eſt bonum ſenſibile. a Debet autem homo, cum ſit ens intellectuale, etiã concupiſcibilis partis opera agere ſecundum rectam rationem. Opera ergo concupiſcibilis circa bonum ſenſibile, quæ ſecundum rectam rationem aguntur, actus Temperantiæ ſunt; qui producunt habitum temperantiæ, qui ad actus ſimiles rurſum agendos inclinat.
2 Iam quinque ſunt boni ſenſibilis genera iuxta numerum ſenſuum externorum. Sunt enim proxima ſenſuum externorũ bona ipſi actus delectabiles circa obiecta ipſis ſenſibus congruentia, & animali vitæ conuenientia. Circa actus autem delectabiles ſenſuum appetitus concupiſcibilis, vt circa bona ſibi maxime congrua, ſuis, qui paſſiones appellantur, actibus verſatur. Maxime autem alliciũt appetitum delectationes ſenſitiuæ. Ne igitur homo delectationibus ſenſitiuis illectus aliquid agat contra rectam rationem, frænandę ſunt paſſiones, in primis amor, concupiſcentia, delectatio. Frænantur

a Ariſt. 3. Eth.c.10. S.Th. 2.2. q.141.a.4.

autem habitibus, & actibus Temperantiæ. Quare tot distingui possunt Temperātiæ genera; quot sunt genera delectationum sensitiuarum, quæ notabilem aliquam difficultatem afferunt homini, vt se in rectitudine rationis contineat, ne delectatione tractus, ab ea rectitudine recedat. Intra delectationes 3
autem vehementissimæ sunt delectationes venereæ, & gustus. sunt enim maximæ eæ delectationes, quæ consequuntur operationes maximè naturales: quales sunt, quibus conseruatur natura animalis per cibum, & potum, & natura speciei per coniunctionem maris, & fœminæ. Quare magna vis requiritur in habitu, & actu, qui passiones, quæ circa has delectationes versantur, frænat. ac proinde is actus, & habitus primum, ac præcipuum locum tenet inter genera Temperantiæ: estque ipse præcipuum genus, sibique Temperantiæ nomen vendicat vt proprium. Alia vero Temperantiæ genera ad hoc primum genus comparata, non Temperantiæ, sed virtutes Temperantiæ affines, ac similes censentur esse. de quibus deinceps agēdum.

De Temperantia strictè sũpta.

Temperantia est virtus moderatrix earum 4
passionum, quæ versantur circa delectabilia corporis secundum sensum tactus in vsu cibi, potus, & venereorum. gustatus autē quidam tactus est. Sed quia moderatio tactus in venereis habet rationem maioris ardui, quam tactus in cibo, & potu: diuidendũ rursum est hoc primum temperantiæ genus in duo genera; quorum alterũ circa venerea, alterum circa gustatum versatur, quorum vtrum-

vtrumque in duo rursum genera diuiditur:
alterum in Abstinentiam,& Sobrietatē;alte-
5 rum in Castitatem,& Pudicitiam. Porro Re-
gula, qua Temperantia vtitur in modo im-
ponendo materiæ, circa quam versatur, est
ipsius materiæ necessitas, aut vtilitas ad vi-
tam humanam: quæ necessitas, siue vtilitas
6 honestati,& moderationi non repugnet. Ex
quo intelligitur 1. Extra coniugium à vene-
reis omnino abstinendum: quia ea honestati
7 repugnant. 2. In cibo,& potu spectandū esse
bonam corporis valetudinem, & mentis ad
suas functiones idoneam dispositionem.
Corporis autem valetudo est propter animi
functiones.& quia omnia sunt propter Deū,
potest interdū spectari satisfactio pro pec-
catis vt reconciliemur Deo, eique satisfa-
ciamus; & imitatio Passionum Christi Do-
8 mini. 3. Non posse spectari solam corporis
voluptatem. quia is finis non est per se ho-
nestus, cum per se non spectet ad hominem
vt homo est.

De Honestate, & Verecundia.

9 b Iam Temperantia duas partes integrā-
tes habet, Honestatem,& Verecūdiam. Par-
tes integrantes appellantur alicuius virtutis
eæ virtutes, seu virtutis perfectiones, sine
quibus non est perfectus vsus illius virtutis:
vt partes integrantes corporis sunt,sine qui-
bus corpus non constat perfectum.ita se ha-
bent Honestas, & Verecundia ad Temperan
10 tiam. Honestas, est habitus inclinans ad amo-
rē illius honesti.seu peculiaris decori, quod
elucet in actionibus,ac operibus Temperan-
11 tiæ. Verecundia, est habitus inclinās ad hor-

b S. Th. 2.2. q. 144 & 145.

rorem, ac timorem illius turpis, ac probro digni, quod maximè cernitur in operibus Intemperantiæ.

De Insensibilitate, seu Stupore.

c Arist. 2. Eth. c. 7. & 3. Eth. c. 11. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1.

Temperantiæ duo vitia opponuntur, Stupor, & Intemperantia. *c* Stupor, siue Insensibilitas est vitium Temperantiæ oppositum per defectum, cum quis sicut non oportet, & quando non oportet, &c. auersatur, & repudiat delectationes tactus. vitiosum est enim contra naturæ ordinem agere. Natura autē delectationes apposuit operationibus necessarijs ad vitā hominis. Si quis ergo delectationes adeo refugeret, vt prætermitteret necessaria cōseruationi naturæ, vitiose ageret: quia contra naturæ ordinem ageret. Si quis autem ob finem honestum, vt propter sanitatem corporis, aut executionē alicuius officij, aut contemplationem, aliudue animi bonum, delectationibus tactus abstineret, honestè, ac laudabiliter abstineret. 12

De Intēperantia.

d Arist. 3. Ethic. c. 10. 11 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 2.

d Intemperantia opponitur Temperātiæ secundum excessum, inclinatque ad delectationes tactus quando, vel vbi non oportet, plus quam oportet, vel non eo modo, quo oportet, vel ad quas non oportet. Hoc vitiū maximè probrosum est, & infame, tum quia per illud homo vincitur delectationibus infimis, quas cum brutis habet communes: tum quia in eius obiecto nihil elucet ingenij, nihil generositatis, nihil quod hominē deceat. 13

De Abstinētia, Sobrietate, Castita-

e Temperantiæ quatuor sunt genera, Abstinentia, Sobrietas, Castitas, Pudicitia. Genera enim virtutum distinctionem sumunt ex ordine ad diuersa obiecta, vel materias. 14

Mate-

te, Pudicitia, Virginitate.

e).*Th.*2.2. q.146.149. 151.152.

15 Materia Temperantię sunt delectationes tactus: quarum duo sunt genera. Quædã enim spectant ad alimentum, quod constat ex cibo, & potu: & circa cibum est Abstinentia,
16 circa potum Sobrietas. Quædam delectationes pertinent ad vim gignendi. quarum alia est principalis ex ipso actu coniunctionis:
17 circa quam versatur Castitas. Aliæ secundariæ ex osculis, tactibus, amplexibus: & circa
18 has est Pudicitia. Sub Castitate ponitur virginitas: quæ perfecta quædam temperantia est, per quam firmo animi proposito abstinet quis ab omni actu venereo, conseruans ab omni voluntaria obscęnitate illibatam cor-
19 poris puritatem, & integritatem. Quod ad Abstinentiam attinet, sciendum moderationẽ in vsu alimenti sumendam ęsse ex ordine ad valetudinem corporis, functionibus mentis congruentem; vel ex ordine ad subiugãdum corpus spiritui, ac Deo; in quo casu potest abstinentia esse maior, modo non adsit notabile valetudinis detrimentum, & quo mens reddatur ad suas functiones ineptior. Corpus enim est propter animi functiones. Illa porrò maior cibi abstinentia, Ieiunium solet ap-
20 pellari. Circa Sobrietatem sciẽdum Sobrietatis nomen interdum accipi generatim pro virtute Temperantiæ; interdum magis strictè, pro temperantia cibi, & potus, vel pro temperantia potus cuiuscunque; interdum strictissimè, & propriè pro moderatione potus valentis inebriare: & definitur, Virtus affectum, & vsum potionis inebriare valentis debite moderans.

De Gula. f Abstinentiæ ample sumptæ, vt modera- 21
tionem in cibo,& potu complectitur, cõtra-
f S.Th.2.2. q.148. rium vitium est Gula.quæ in vsu delectatio-
nis cibi,& potus debitum modum,idest præ-
scriptum rationis excedit. Potest autem ex- 22
cessus accidere quinque modis: quorum sin-
guli distinctas Gulæ species cõstituunt; quia
singuli diuerso modo oppon͠utur virtuti Ab-
stinentiæ, & diuersi in diuersis reperiri so-
lent. Primus modus est secundum ciborum 23
substantiam: cum pretiosiores cibi appetun-
tur,quam proprio statui conueniant. Secun- 24
dus modus secundum qualitatem: cum in
condimentis, & studio præparandi est ex-
cessus. Tertius secundum quantitatem: cum 25
nimium comeditur,idest plus, quam natura
requirat Quartus secundum modum sumen 26
di: vt si quis non mandendo, sed deuorando
comedat. Quintus secundum rationem tem- 27
poris: vt si quis tempus debitum præueniat;
aut sæpius,quam deceat, comedat. Aliæ in- 28
ordinationes circa cibum accidere solent:
quæ non constituũt species Gulæ distinctas;
quia non Abstinentiæ, sed alijs virtutibus
opponuntur: vt Comedere in loco incon-
gruo modo Religioni repugnat, modo Mo-
destiæ.

De Ebrietate. g Sobrietati strictissimè sumptæ vitium 29
oppositum est Ebrietas. quæ inclinat ad ex-
cessum in potando causa voluptatis, vsque
g S.Th.2.2. q.150. ad violentam vsus rationis priuationem.
Si medicinæ causa,non voluptatis, ex medi-
corum præscripto fieret excessus in potu vsq;
ad violentam rationis interceptionem, non
esset

esset Ebrietas. Violenta autem vsus rationis priuatio opponitur naturali. Naturalis fit per somnum, spiritibus animalibus impeditis ne ad organa externa fluant, neruis sensorijs, qui ad sensuum externorum organa terminantur, vapore quodam frigido occupatis. Violenta fit, quando tanta vaporum copia cerebrum implet, vt etiam in vigilia ratione vti non possit.

De Luxuria.

h S.Th.2.2. q.153.

30 *b* Luxuria Castitati opponitur. Sciendum
autem vim gignēdi tributam esse à natura ad
conseruationem speciei; & ob eam causam
delectationem vehemētem actui generatiuo
inditam; quæ ita ad se animum trahit, vt ma-
xime distrahat illum ab operationibus men-
tis, & rationis. Ex quo intelligitur gignendi
actum, seu seminis effusionem non esse lici-
tam, ac proinde neque licitum esse quidquid
per se ad illam effusionem ordinatur, nisi ea
secundum rectam rationem ad speciei con-
seruationem fiat. alioquin illa iniuriosa est &
naturæ, & rationi. Est ergo Luxuria vitium,
quod inclinat ad inordinationem circa actū
31 seminationis. Quamquam Luxuriæ nomen
solet etiam sumi pro quolibet excessu in vsu
earum rerum, quæ pertinent ad corporis
32 cultum, seu voluptatem. Duplex porrò inor-
dinatio potest in actu seminationis esse. alte-
ra in substantia actus: vt cū non fit in organo
naturali, aut non cum persona legitima.
altera in modo, & alijs circumstantijs loci,
33 temporis, &c. Pro varietate autem inordi-
nationis circa substantiam actus, sunt plures
Luxuriæ species. Vel enim est inordinatio

circa actũ principalem, quod ita fiat, vt non possit sequi generatio: & est vitium contra naturam. Vel quia ita fit, vt non possit sequi 34
cõmoda institutio, & promotio prolis vsq; ad statum perfectum: & ea species dicitur simplex fornicatio; spectatque ad copulam soluti cum soluta. Vel quia fit cum persona 35
incongrua. Persona autem incongrua vel est propinqua; & est Incestus: vel alteri iuncta; estque Adulterium: vel sub potestate parentis; & est Stuprum: vel non consentit; & est Raptus. Vnum aduertendum est circa sim- 36
plicem fornicationem, eam esse illicitam, vt dictum est, quia non est congrua fini generationis, qui est proles secũdum statum perfectum, & congruentem homini: non potest autem proles ad eum statum peruenire sine parẽtum cura, & institutione, præsertim Patris, cuius est filios instruere: fornicatio autem ex natura sua, quia non adest nexus matrimonij, non adducit certam prolis educationem ex parte patris; qui aut certus non est; aut si est certus, certè firmus non est, cum non sit matrimonij vinculo ligatus. infert ergo fornicatio iniuriam futuræ proli, quæ nõ est habitura educationem, quam exigit; & bono communi, quod detrimentum patitur in ciuibus non bene educatis. præterea per fornicationem exponitur futura proles periculo multorum incommodorum corporalium: quatenus ea non est habitura patrem certum, ac firmum; qui magis, quam mater prouidere potest rebus proli ad vitam necessarijs; ac proinde est magis proli necessa-

rius,

37 rius, quam mater. Circa genus luxuriæ, quæ
est contra naturam, aduertendum sub eo esse
plures species pro pluralitate modorum,
quibus contingit actum seminationis contra
ordinem naturalem fieri. Potest enim fieri
absque concubitu, pollutionem causa dele-
ctationis venereæ procurando: isque actus
ad Immũditiam pertinet, quam aliqui Mol-
38 litiem vocant. Secundò per concubitum ad
rem non eiusdem speciei: quod Bestialitas
39 appellatur. Tertiò per concubitum ad non
debitum sexum, vt masculi ad masculum, fę-
minæ ad fœminam: & dicitur Sodomia.
40 Quartò, non seruando naturalem modum
concumbendi, aut quantum ad instrumentũ
non debitum, aut quantũ ad alios monstruo-
41 sos, & bestiales concumbendi modos. Porrò
ex Luxuria multi mali effectus prodeunt,
cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio,
inconstantia, & his similes alij.

De Impudicitia.

42 i Impudicitia vitium est, quod ad tactus,
amplexus, & oscula libidinosa inclinat. Libi-
dinosa sunt cum coniunctam habẽt delecta-
tionem veneream. delectatio autem venerea
est, quæ actum venereum comitari solet. cum
autem actus non est licitus, nec eius delecta-
tio licita est. Non sunt ergo licita oscula, ta-
ctus, amplexus libidinosa ei, cui non est lici-
tus actus venereus. Dicitur ergo Impudici-
tia vitiũ, quatenus ad amplexus, tactus, oscu-
la inclinat, quæ sunt illicita quatenus libidi-
nosa. Solet autem ad hæc delectatio vene-
rea consequi. ideo valde ab his cauendum.
43 Nunc virtutes Temperantiæ stricto modo
acce-

i *S.Th.2.2. q.154.a.1. ad 5.*

acceptæ omnes explicemus.

De Continentia.

k *Arist. 7. Eth.* *S. Th. 2. 2. q. 155.*

k Continentia, vt virtus est affinis Temperantiæ, firmat voluntatem, vt se contineat in bono rationis contra impulsus concupiscentiæ, quibus ad voluptates tactus, & præsertim venereas, impellitur. Continentia hoc modo accepta est Temperātia inchoata, seu in potentia ad vlteriorem perfectionem. Perfectæ enim virtutis est, non solum voluntatem rationi conformem reddere, sed appetitum etiam sensitiuum rationi subijcere,
ac modum adhibere passionibus. Solet etiam 44
ampla significatione sumi Continentia pro habitu, qui firmat animum, ac voluntatem contra impulsus quarumuis passionum, ne in vllum motum prosecutionis prorumpat, qui rationi rectæ consentaneus non sit.

De Incontinentia.

l *Arist. 7. Eth* *S. Th. 2. 2. q. 156.*

l Incontinentia, vt Continentiæ opponi- 45
tur, est, cum passio, quæ circa delectationes tactus vertatur, vincit rationem, vsu rationis manente. non enim solet incontinens appellari, qui amisso per passionis vehementiam iudicio rationis, trahitur ad delectabilia; vt nec bestiæ, nec amentes nomen incontinentium habent. præterea qui ab alia passione vincitur, quam ab ea, quæ est circa tactum, non appellatur absolutè incontinens, sed cū
addito, vt Incontinēs iræ. Potest autem duo- 46
bus modis contingere vt passio rationē vincat, vsu rationis manente. Primo trahendo ad se, ac rapiendo impetu suo volūtatem antequam ratio consulat, aut exterius deliberet: & ea incontinentia dicitur effrænata, seu temeraria. Accidit autem hoc vel ob passio-

nis

nis celeritatem, vt in cholericis; vel ob vehementiam, vt in melancholicis. In his ergo, quamuis volũtas aduertat malum esse, quod proponitur; non sinit tamen negotium ratione expendi, sed statim cedit, sensibili obiecti

47 voluptate illecta. Secundo vincit passio voluntatem etiam aduertentem, cum voluntas tenuiter inhæret bono rationis. facile enim passio voluntatem ad se trahit, etiam si non valde vehemẽs sit, cum voluntas parum firmiter inhæret bono rationis. Is trahendi voluntatem modus solet esse crebrior in mulieribus, & ijs, quorum constitutio mollior

48 est, & fœminea, vt sunt phlegmatici. Vtrouis autem modo Incontinentia contingat, malum morale est, peculiarem turpitudinẽ habens: tum quia turpe est rationem vinci à passione, & voluntatem deserere bonũ rationis vt inhæreat bono delectabili: tũ quia voluntas trahitur ad infimas delectationes,

49 quæ homini cum brutis communes sunt. Est autem Incontinentia, ceteris paribus, minus malum, quam Intemperantia. tum quia intẽperans ex spontanea electione peccat: incõtinens ex impulsu passionis, quasi ab extrinseco contra voluntatem incitatus. tum quia intemperãs habet intellectum praue dispositum quo ad iudicium obiecti, non reputãs illud inhonestum, aut certe pauci æstimans, vt malum exiguum; & voluntatem, ac appetitum inferiorem praue dispositum habitu vitioso: incontinens vero iudicium habet rectum, & voluntatem rectam extra passionẽ, & appetitum inferiorem nõ adeo corruptũ,

Man-

De Mansuetudine.

m *Arist. 4. Eth. c. 5. S. Th. 2. 2. q. 157.*

m Mansuetudo, virtus est moderationem statuens in appetitu vindictæ, idest in Ira. Proxima igitur huius virtutis materia est ira, cui modum à ratione præscriptum veluti formam quandã imponit: vt irascamur quando, & cui oportet, quam ob causam, quantũ, & quomodo oportet; & cum non est irascẽdum, iram omnino comprimamus. Similis est hæc virtus Temperantię: quia vt illa prosecutionem delectationum tactus, ita hæc prosecutionem vindictæ frænat. Ad Mansuetudinem acquirendam valent eadem remedia, quæ valent ad frænandã iram. de quibus agimus in summa Ethicæ d. 3. q. 1. pr. 2. Mansuetudini Ira opponitur, & Lenitas nimia. 50

51

De Ira.

n *Arist. 4. Eth. c. 5. S. Th. 2. 2. q. 158.*

n Ira dicitur tum vna ex passionibus, tum vitium oppositum Mansuetudini per excessum. Inclinat autem hoc vitium ad appetendum vindictam inordinatè. Est autem inordinatio cum appetitur vindicta de eo, qui non meruit, vel vltra quam meruit, vel non secundum legitimum ordinem, vel non propter debitũ finem, qui est conseruatio iustitiæ, & culpæ correctio; vel motus irę immoderatè feruescit siue interius, siue exterius. 52

De Lenitate nimia.

o Lenitas nimia Mansuetudini opponitur per defectum, cum quis ob quæ oportet, & quando, & in quos oportet non irascitur. 53

De Clementia.

o *Arist. & S. Th. sup.*

p Clementia conuenit cum Mansuetudine, quatenus vtraque circa vindictam versatur, differt ab illa, quatenus immediata Mansuetudinis materia est ira; Clemẽtiæ autẽ externa punitio, quam Clemẽtia mitigat quantum 54

tum Iustitię ratio patitur. & quamuis externæ punitionis moderatio sit interdum Mansuetudinis effectus, qui consequitur ad iræ moderationem, ob idque interdum Mansuesuetudo, & Clementia pro eadem virtute sumantur: quia tamen sæpissimè contingit excessum in puniendo non oriri ex excessu iræ; sed ex delectatione in ostentando potestatem, & in deprimendo sub se alios, ac miseros reddendo; ita punitionis moderatio ad virtutem spectat aliam à Mansuetudine, nempè ad Clementiam. p *S. Th. 2. 2. q. 157.*

55 Iam si in exigenda punitione externa nulla adhibeatur mitigatio; affectus animi nolentis mitigationem adhibere, Seueritas appellatur. est enim Seueritas, inflexibilis animi rigor, nihil de merita, vel statuta pœna remittentis. Quæ cum virtute adhibetur, cum bonum publicum, vel correctio delinquētis, non Clementiam, sed Seueritatem postulat. *De Seueritate.*

56 *q* Crudelitas Clementiæ opponitur per excessum. est autem Atrocitas animi in exigendis pœnis. vt enim Clementia minuit pœnam quantum ratio permittit: ita crudelitas illam auget; idemque ex animi quadam asperitate, malo alterius minimè compatiētis. Supponit autem Crudelitas duo, nempè & potestatem puniendi, & causam, scilicet iniuriam, quę vindicetur, vel delictum, quod puniatur. Crudelitas enim est excessus in pœnis exigendis. Pœna autem delictum, vel speciem delicti supponit. *De Crudelitate.* q *Arist. sup. S. Th. 2. 2. q 159.*

57 *r* Sæuitia, seu Feritas est, cum quis vel nulla culpa supposita, vel ea supposita, in puniē- r *S. Thom. supra.*

do

De Saeuitia, seu Feritate.

do excedit atrociter modum, non tam vt culpam vlciscatur eius, quem punit, quam quod instar alicuius feræ delectetur ipso cruciatu, & læsione hominis.

De Lentitudine.

s S.Th. sup.

58 s Lentitudo Clemētiæ opponitur per defectum. ea inconsultè pœnam mitigat, vel omnino remittit, etiam cum bonum delinquentis, & exemplum aliorū aliud requirit: Prouenire solet hoc vitium tum ex nimia alieni mali compassione, cum alterius calamitas, quam patitur, nō causa spectatur; tum ex naturæ quadam lentitudine, ac stupore, culpæ magnitudinem non percipiente.

De Modestia genericè sumpta.

t S.Th. 2.2. q.160.

59 t Modestia duobus modis sumitur. Primo ample, pro generica virtute, qua quis intra modum, & limites sui ingenij, status, & fortunæ se continet; motus suos internos, & externos, & omnem rerum suarum apparatum intra mensuram sibi congruam coercens. Modestia ita sumpta affinis est Temperātiæ. vt enim illa modum adhibet in ijs, in quibus difficillimum est adhibere, nempè in delectationibus tactus: ita Modestia in alijs quibusdam modum ponit, vbi id minus quidē difficile; tamen ad rectè præstandum opus est virtute. Sunt autem quatuor, quæ, exceptis 60 delectationibus tactus, circa quæ Temperātia; & excepta ira, circa quam Mansuetudo versatur; moderatione potissimum indigēt: nempe motus animi ad excelsa, ad quem coercendum est Humilitas: Nimium desiderium cognitionis, præsertim curiosæ; quod frænat Studiositas: Motus, & gestus externi corporis; quos componit Modestia specialis virtus:

virtus: externus cultus, & apparatus in vestibus, conuiuijs, supellectili; quem moderatur Parcitas. Sunt ergo quatuor Modestiæ ample sumptæ species pro quadruplici materia paullo ante explicata.

61 *u* Secundo sumitur Modestia strictè, pro specie Modestiæ genericæ. estque virtus decorum in externis motibus, & gestibus seruans. officium enim huius virtutis est, incessum, stationem, sessionem motũ capitis, cõtractionem, & explicationem vultus, membrorum tractationem, vocem, risum, aspectum, & similia, ita moderari, vt congruant personæ tum in se consideratæ, tum vt habet ordinem, & respectum ad circumstantes, ad locum, tempus, & negotium præsens. *De Modestia specificè sumpta.* u S. Th. 2. 2. q. 160.

62 *x* Huius specialis Modestiæ species quædam est Eutrapelia. Motus enim, & gestus externi, vel seriò fiunt, vel ludi, iociue causa. Si seriò agantur, spectant ad speciem Modestiæ, quæ peculiari nomine dicitur Modestia; si ludi, & ioci causa, ad Eutrapeliam; quã supra d. 11. numerauimus inter virtutes Iustitiæ affines. est enim mixta quædam virtus: quæ quatenus delectationes erga ludos, ac iocos moderatur, ad Temperantiam spectat; quatenus exhibet ludos, ac iocos ad debitum decentiæ, quo tenentur, qui alijs conuiuunt, *De Eutrapelia.* x Arist. 4. Eth c. 8. S. Th. 2. 2. q. 160. a. 2.

63 pertinet ad Iustitiam. *y* Porro ludus propriè in factis, iocus in verbis est. Generatim autem ludi nomine etiam iocus significatur. y S. Th. 2. 2. q. 168. a. 2.

64 Ludus ergo generatim sumptus, si absit omnis iniuria, obscænitas, illiberalitas superfluitas; si non omnino animi grauitatem resol-

uat;

uat; si personæ congruat, tempori, loco, ceterasque circumstantias habeat secundum rectam rationem; ad virtutem spectat Eutrapeliam. Habet enim suam honestatem, quatenus delectationem affert, quæ deseruit ad animi quietem, mentis operibus defatigati; sine qua quiete non possunt opera mentis continuari; & quatenus hominum societati, & conuictui deseruit.

De Immodestia.

Modestiæ Immodestia opponitur. quæ sit 65
Immodestiæ ratio intelligi facilè potest ex ijs, quæ de Modestia ei opposita dicta sunt. Immodestia opponitur Modestiæ secundum excessum. Vitium secundum defectum non habet nomen. esset autem vitium secundum defectum, si frænatio actuum siue internorum, siue externorum, esset tanta, tamq; minuta, vt discretionis limites excederet.

De Ludi superfluitate, & Austeritate.

z Eutrapeliæ duo vitia opponuntur. alterū 66
per excessum, Ludi superfluitas: Cum quis in ludis, ac iocis immoderatius se gerit, quàm cōueniat regulæ rectæ rationis. alterum per defectum, Austeritas: Cum quis eget ea animi remissione, quæ fit per ludum, nec admittit ex austeritate animi; aut ex eadem molestum se alijs exhibet, honestos eorum ludos respuens. Legenda quæ de Vrbanitate, & vitijs oppositis diximus dist. 11.

z Arist. 4. Eth. c. 8. S. Th. 2. 2. q. 168. a. 3.

De Humilitate.

a Secundum Modestiæ genericè sumptæ 67
genus est Humilitas. quæ virtus est, qua quis defectum suum considerans, in infimis secūdum modum suum se continet. Ex hac definitione tria intelliguntur. 1. Origo Humi- 68
litatis, quæ est cognitio propriæ vilitatis. Habe-

a S. Th. 2. 2. q. 161.

Habetur autem maxime hęc cognitio ex cō-
69 paratione sui cum Deo. 2. Duo præcipui Hu-
militatis actus; qui sunt appetitio rerum in-
fimarum propriæ vilitati congruentiū iuxta
rectam rationem; & cohibitio appetitus ne
efferatur ad maiora, quam propriæ vilitati
70 conueniūt. 3. Differentia inter Humilitatē, &
Magnanimitatē quatenus vtraq; cohibet ap-
petitum ne feratur ad maiora. Quāuis enim
in hoc hæ virtutes conueniant: differunt ta-
men in eo, quod, cum obiectum Humilitatis
sit depresſio, Magnanimitatis eleuatio iuxta
rationem; Humilitas retinet appetitum ne
eleuatur supra gradum debitæ depresſionis;
Magnanimitas continet eundem appetitum
ne eleuetur vltra gradū debitæ eleuationis.
oritur enim Humilitas, vt dictum est, ex cō-
sideratione propriæ vilitatis, Magnanimitas
ex consideratione propriæ excellentiæ. Hu-
militati autem Superbia opponitur, & Abie-
ctio nimia sui.

De Superbia.

71 b Superbia est vitium, quod inclinat ad
appetitum peruerse excellendi. Opponitur
Humilitati per excessum. Humilitas enim
inclinat ad appetitum continendi se in infi-
mis secundum suum modum. vt autem
appetitus continendi se in infimis oritur ex
considerantiæ propriæ vilitatis, vt supra di-
ctum est: ita appetitus propriæ excellentiæ
peruersæ oritur ex consideratione excellen-
tiæ maioris, quam insit. Accidit autem maior
considerari, quia non considerantur proprij
72 defectus, & dependentia à Deo. Ex his intel-
ligitur in quo differat Superbia à Præsum-

b S. *Th.* 2. 2. *q.* 162.

S ptione,

ptione, Ambitione, Magnanimitate. Superbia enim habet pro obiecto excellentiam, quæ primò, & per se circa propriam personam consideratur: quare ipsa persona est obiectum Superbiæ. Præsumptionis autem obiectum sunt functiones magnæ, nō habentes commensurationem cum propria persona. quare persona non respicitur à Præsumptione vt obiectum, sed vt terminus, & mensura obiecti. Magnanimitas versatur circa functiones magnas habentes proportionem cum propria persona. Ambitio circa magnas dignitates non congruentes propriæ personæ. in quibus item persona non est obiectum, sed terminus. Porro ex primo Superbiæ actu, qui est complacentia de peruersa 73
excellentia propriæ personæ, multi actus oriuntur ordine quodam. 1. Æstimatio sui, quatenus ex complacentia sui propria excellentia maior videtur, & pluris æstimatur. 2. Æstimatio, qua se superbus æstimat dignū, 74
& idoneum rebus magnis, suam mensuram excedentibus. 3. Appetitus dignitatum, & 75
aliorum ad excellentiam pertinentium, tanquam sibi congruentium. 4. Appetitus 76
honoris, & laudis. 5. Indignatio, & dolor, 77
si hæc non obtineantur. 6. Contemptus alio- 78
rum, cum quibus se superbus comparat, & quibus se meliorem æstimat. 7. Actus, quo 79
superbus recusat superioribus se subijcere, quod se putat esse digniorem, ac prudentiorem. 8. Actus, quo recusat se Deo subijcere, 80
quod vult suo arbitratu viuere, quasi Deo opus non habeat.

Incor-

81 Inordinata sui abiectio, seu deiectio animi, quæ etiam Pusillanimitas dici potest; vitium est, quatenus inclinat ad sui abiectionẽ cum ea redundat in iniuriam status, vel officij, in quo quis est; vel talenti, quo est prædictus; aut in eorum incõmodum, quibus prodesse potest, aut debet. Opponitur Humilitati per defectum, quatenus Humilitas consideratur vt refrænans appetitum excellentiæ. nimia enim abiectio nimis parum appetit ea, quæ ad propriam excellentiam spectant. Si vero Humilitas consideretur vt inclinans ad ea, quibus suam vilitatem profitetur; Abiectio sui nimia opponitur Humilitati per excessum, Superbia per defectum. *De Abiectione sui nimia.*

82 c Tertium Modestiæ genus est Studiositas, virtus, quæ affectum, & studium cognoscendi iuxta rectæ rationis normam temperat. *De Studiositate.*

83 Studium autem est vehemens animi applicatio ad aliquid cognoscendũ; & includit duos actus, nempe affectum sciendi, qui est actus voluntatis; & conatum, qui est exercitiũ cognitionis, quatenus dependet à volũtate, cuius est applicare potentias cognoscitiuas ad

84 cognoscendum. Triplex autem est Studiositatis officium. 1. Moderari appetitum sciendi, vt quis non velit plura, aut altiora scire, quam ipsi conueniat; nec pluris faciat scien-

85 tiam, quam oportet. 2. Moderari applicationem, & conatum ad cognoscendum, & ad vtendum scientia, apponendo debitum finẽ, modũ, circumstantias loci, temporis, admi-

86 niculorum. 3. Impellere animum, & excitare ad studium, cum quis ob laborem coniun-

c S. Th. 2. 2. q. 167.

ctum refugit studium necessarium, vel congruum, vel in eo languet.

De Curiositate. d Studiositati Curiositas opponitur, & Negligentia. Curiositas generatim est superflua cura, & diligentia circa res inutiles, vel qualitatem earum non necessariam. Proprie Curiositas est vitium Studiositati oppositum per excessum, inclinans ad affectum, & studium inordinatum cognoscendi vt cognoscendi: cum scilicet cognitio, aut modus eam acquirendi non est conueniens rectę rationi, cōsideratis rei, personæ, & ipsius officij circumstantijs, &c. Potest autem id contingere quatuor modis. 1. Ex parte finis, si quis cognitionem quærat, vt illa abutatur ad superbiam, aut ad alium malum finem: aut si cognitionem nullo modo referat ad Deum, in quem tanquam in finem referenda est. 2. Ex parte eius, qui cognitionem quærit, si per eam impediatur, quo minus muneri suo satisfaciat. 3. Ex parte eius, à quo cognitio quęritur: vt si quæratur à Dæmone per expressam, aut tacitam ipsius inuocationem. 4. Ex parte rei, cuius cognitio quæritur; si ea sit supra humanam facultatem, saltem moraliter loquendo. Porrò cognitionem hic intelligimus non solum intellectiuam, sed etiam sensitiuam.

d S.Th.2.2. q.167.

87 88 89 90 91

De Negligentia studioru. e Negligentia studiorum Studiositati opponitur per defectum. Inclinat ad omissionem discendi id, quod discere, vel scire quis debet. 92

De Parcitate. f Quartum Modestiæ genus est Parcitas, seu Modestia cultus: quæ decorum in cultu 93

cor-

corporis, & alio rerum externarum apparatu seruat. Quatenus hæc virtus tollit superflua, Parcitas dicitur: quatenus nimium exquisita non requirit, appellatur Simplicitas, siue Moderatio. Materia remota huius virtutis est externus apparatus, præsertim spectans ad cultum, & ornatum corporis, domus, supellectilis, & conuiuiorum: proxima sunt actiones, quibus hæc procuramus, & his vtimur. Forma vero, quæ in hanc materiam inducitur, est congruentia ad personam, ad receptam consuetudinem, ad tempus, locũ, negotium præsens, & alias circumstantias. Eam enim congruentiam spectat hęc virtus, ex affectu honestatis, quæ in ea relucet. g Parcitati superfluitas opponitur, & Mollities.

e S. Thom. supra.

f S.Th.2.2. q.169.

94 (margin, beside "tas, siue Moderatio")

g S.Th.2.2. q.169.

95 Superfluitas ornatus est vitium inclinans ad excessum Parcitati, & Simplicitati cõtrarium in exteriori apparatu. Contingit autem hoc vitio peccari & cum externus cultus est contra morem eorum, quibus cum viuitur; & cum ad vanam gloriam captãdam refertur, & ad illicitam voluptatem; & cum sollicitudine nimia ei opera datur; & ex alijs circumstantijs contrarijs rectæ rationi.

De Superfluitate ornatus.

96 Mollities Parcitati, & Simplicitati apponitur per defectum. Peccat quis hoc vitio vel cum præter decorum in cultu corporis, & rerum suarum est negligentior; vel cum vilitatem cultus refert in malum finem, vt ad vanam gloriam captandam.

De Mollitie.

97 Vt autem virtutum, quæ sub Temperãtia continentur, ratio, & numerus retineatur;

De numero virtutũ Temperãtiae subiectarum.

aduertẽdum est Temperantiæ finem esse delectationes sensibiles frænare, ne quid propter illas agatur contra rectam rationem. Eæ autem delectationes frænandæ sunt in primis, quæ notabilem difficultatem facessunt in firmando animo, ne ob illas declinet à recta ratione. Notabilem autem difficultatem adducunt delectationes tactus circa venerea, & circa cibum, & potum; delectationes in malis vlciscendis, in diuitijs possidendis, in honore recipiẽdo, in vsu libero membrorum, in propriæ excellentiæ apprehensione, in rerum cognitione, in externo rerum apparatu. pro harum delectationum frænãdarum numero virtutum numerus colligitur, Castitas, Pudicitia, Abstinentia, Sobrietas, Mansuetudo, Clementia, Liberalitas, Philotimia, Modestia, Humilitas, Studiositas, Parcitas. de quibus in hac distinctione dictum est, excepta Liberalitate, & Philotimia: quæ mixtæ virtutes sunt; altera quidem, nempe Liberalitas ex ordine ad moderandum delectationem circa diuitias, & ex ordine ad insumendum diuitias ad vtilitatẽ suam, & aliorum; Philotimia vero, ex ordine ad moderandum delectationem circa honores, & ex ordine ad moderandum audaciam circa eorum acquisitionem. ob ordinem, quam liberalitas habet ad alios dictum de illa est d. 11 cum de Iustitia: de Philotimia dictum est d. 12. cum de Fortitudine, ob ordinem, quem habet Philotimia ad malum difficultatis repellendum, quam secum affert honoris acquisitio.

Sedes

98 h Sedes autem virtutum, quæ tum sub Temperantia, tum sub Fortitudine continentur, est Appetitus sensitiuus. Cum enim virtutes sint habitus ex bonis actibus relicti: ibi contingit esse virtutes, vbi sedes est actuũ. actus autem Fortitudinis, ac Temperantiæ sunt circa bonum, & malum sensibile; circa quæ versatur appetitus sensitiuus. Sunt ergo hæ virtutes in appetitu sensitiuo. quæ virtutum moralium rationem habent, quatenus moderationem, ac rectitudinem recipiunt à ratione appetitus sensitiui actus dirigente. *De subiecto Temperãtiae.* h *S.Th.*1.2. q.56.a.4.

99 Et quia contingit simul cum actibus appetitus sensitiui formari in nobis circa eadem obiecta sensibilia actus appetitus rationalis, nempe voluntatis: negari non potest etiam in voluntate esse habitus, appetitus sensitiui habitibus respondentes. Et quia contingit obiecta spiritualia, vt Deus, vt beatitudo, apprehendi à nobis, nõ solum per intellectum vt spiritualia, sed etiam per imaginationem actus intellectuales comitantem vt sensibilia: ideo cum formantur actus in voluntate circa spiritualia, contingit etiam formari circa eadem spiritualia ad modum sensibilium apprehensa actus suos in appetitu sensitiuo: ideo neque negari potest aliquos esse habitus in appetitu sensitiuo habitibus appetitui rationalis proprijs aliquo modo respondentes. Et de Temperantia hæc satis.

INDEX ISAGOGICVS,

Siue

CATALOGVS ANALYTICVS propoſitionum, ac ſententiarum ſacræ doctrinæ.

PROOEMIVM.

De huius Indicis ratione, ac vſu.

OMnem & huius Introductionis, & Theologorum, & ſacrarum ſcripturarũ doctrinam in propoſitiones, ac ſententias, quaſi in capita, & fontes, & principia quædam redigere conamur. eas Indicem appellamus: quoniam fontes indicant ſacræ doctrinæ, ex quibus eiuſdem doctrinæ riuuli deducuntur. ſuntq; quaſi faculæ quædam, lucem intelligentiæ præferentes, ac demõſtrantes ſenſus, qui latẽt in diuinis libris. Catalogum nuncupamus: quia his propoſitionibus, ac ſententijs dicta ſacra omnia ſummatim numeramus. Iſagogicus, ideſt, introductorius index eſt: ad ſacram doctrinam intelligendam inducens. eſt analyticus, ideſt, reſolutorius catalogus: quia ad certas propoſitiones, ac ſententias diuinam Theologiam deducit, reſoluitque. ex quo

intelligitur quis huius indicis vſus eſſe poſſit. Principio enim enitendum eſt, harum propoſitionum ſenſum percipere; earumque ſeriem, quãtum fieri cõmodè poterit, memoria retinere. Valebit autem ad ſenſum percipiendum lectio locorum, qui ex hac noſtra Introductione, & è *Sãcti* Thomę Sũma, poſt ſingulas propoſitiones citãtur. Valebit ad memoriam retinendam ipſe doctrinę, rerumque ordo, qui in Indice cernitur. Deinde ſi voluntas eſt ad ſacrorum Doctorum ſiue Scholaſticorum, ſiue Patrum libros introduci: recolendę antequam ad librorum lectionem accedatur, relegendæue huius Catalogi eæ ſententiæ, quæ ad ea ſpectant, de quibus agitur in libris illis. Si verò quis cupiat ad ſacræ Scripturæ intelligentiam ſibi aditum aperiri: inſiſtendum in ſingulis eius libri verſiculis, ad cuius interpretationẽ aggredimur: & curſim mente recogitandæ huius Catalogi ſententiæ; inquirendumque an verſiculus ille ſacer vnam, pluresve complectatur ex his ſententijs. ita collatione facta eius verſiculi cum varijs Catalogi ſententijs; vnus, duo, plures eius loci ſacri ſenſus eruentur, antecedentibus, & conſequentibus locis congruentes; ac proinde veri, ſolidique. Aduertendum enim nullũ eſſe textum in ſacra ſcriptura, qui per aliquam ex his noſtris propoſitionibus explicari non poſſit. Summam enim continent hæ Propoſitiones tum credendorum, tum agendorũ: docent autem ſcripturæ ſacræ tum credenda, tum agenda. quare qui aduertet quidquid dicitur in ſacra ſcriptura, ad aliquod attinere vel credẽdum,

vel

vel agendũ;siue vt dogma eius credendi,vel agendi; siue vt actio, praxis,& exercitium; siue vt figura,& symbolum : simul aduertet,quidquid scribitur in sacris litteris, ad aliquam huius Catalogi sententiam reuocari posse vel vt dogma, vel vt actio,vel vt figura,& symbolum,per quod ea sententia possit confirmari, quodque inuicem per eã sententiam possit intelligi,& explicari. Vna tyronibus in eruendo scripturarum sensu difficultas superesse posset, locutionis obscuritas. ei difficultati altero libello,si Deus volet,quamprimum occurremus; qui secundam Introductionis partem habebit, eritque De Canonibus sacræ scripturæ. Vtantur interim tyrones ea, si libuerit,arte,quam nunc proponimus. speramus enim fore , vt huius introductionis facula sint tantum lucis habituri, quantum fuerit satis ad aliquem in quoque textu sensum peruidendum. ad maiorẽ intelligentiam, adeant Doctores: quorum plurima sunt,& magna lumina in Ecclesia. Esset operæ pretium sub quaque propositione omnia scripturæ loca subijcere, quorum illa propositio sensum continet. in hoc nos labore sacrarum litterarum studiosis minuendo cupimus inseruire. itaque id operis, ex hebraica,græca,latina editione, è grauiorum Doctorum interpretatione colligendi , propediem aggredi cogitamus; si votis annuere dignabitur nostris Deus.

DE

DE DEO.

Ad perfectam Theologiam: & cognitionem de Deo, tria esse videntur, quæ oporteat considerare; Dei natura, perfectiones, Personæ. perfectionum autem aliæ Attributa, aliæ Mores appellantur. Sententiarum ergo, quæ ad Deum spectant, partes quatuor erunt: De diuina natura, de diuinis attributis, de diuinis moribus, de diuinis Personis.

De Diuina natura.

1 DEum esse. d. 1. n. 2. S. Thom. 1. p. q. 2.

2 Deum esse principiũ omniũ. seu, Ens à se: à quo sunt cetera, cum ipsum à nullo sit. d. 1. n. 1, 2, 3. S. Th. 1. p. q. 2. a. 3.

3 Deum esse finem omnium. d. 1. n. 37. S. Th. 1. p. q. 103. a. 2. & 1. 2. q. 1. a. 8. & q. 3.

4 Deum esse ens omnẽ perfectionem habens. seu, Actum purum, id est, à quo quælibet abest perfectionis negatio. seu Ens simpliciter infinitum. seu Summũ ens. d. 1. n. 3, 4, 6. S. Th. 1. p. q. 3. 4. 7. & q. 13. a. 11.

5 Deum esse vitam nobilissimam. id est, Intelligẽtiam omnium intelligibilium, seu cognitionem omnis veritatis, & omnis bonitatis amorem. seu, Intelligentiam infinitam, ad sui communicationem efficaciter inclinantem. d. 1. n. 12, 13, 41, 43, 45, 58. S. Th. 1. p. q. 14. & q. 18. a. 3. & 4.

De Diuinis attributis.

6 Deum vnum esse. d. 1. n. 5. S. Th. 1. p. q. 11.

7 Idolum esse, falsoque haberi Deum, quidquid vt Deus colitur, præter vnum Deum. d. 1. n. 5. S. Th. 1. p. q. 11. & 2. 2. q. 94.

8 Deum esse summam, ac primam veritatem. seu Sum-

Summum, ac primum intelligibile. d.1.n.12. S.Th. 1.p.q.16.a.5.

9 Deum esse summam, ac primam bonitatẽ. d.1. n.39. S.Th. 1.p.q.6.

10 Deum esse incorporeũ. d.1.n.6. S.Th. 1.p.q.3.

11 Deum æternũ esse. d.1.n.8. S.Th. 1.p.q.10.a.2.

12 Deum immortalẽ, & immutabilem esse. d.1. n.7. S.Th. 1.p.q.9. & q.19. a.7.

13 Deum esse immensum, & vbique. d.1. n.9. S.Th. 1.p.q.8.

14 Deum omnia posse. d.1. n.2, 3, 10, 31, & seq. S.Th. 1.p.q.25.

15 In Deo beatitudinẽ summam, ac primam esse. d.1.n.12,13,41. S.Th. 1.p. q.26.

16 Deum habere omnẽ scientiam, cognoscere omnia. d.1.n.10. S.Thom. 1.p. q.14.

17 Deum arcana cordium cognoscere. d.1.nu. 10. & d.2.nu.17. S.Thom. 1.p.q.14.

18 Deum futura cognoscere, etiam libere contingentia. d.1.n.10, 14. S.Th. 1.p. q.14.a.13.

19 Deum omnia possibilia cognoscere, etiam libera, & conditionalia. d.1. n.10.14. & d.6. n.17. S.Th. 1.p.q.14.25.

20 Habere Deum Ideã omnium possibiliũ. id est, Cognoscere omnem modum, quo quæque possibilia fieri possunt. d.1.n.14. S.Th. 1.p.q.15:

21 Amari à Deo omne bonum. seu, Esse in Deo voluntatem omnis boni. d.1. n.14, 43. S.Th. 1.p. q.19. & 20.

22 Omnium dominum esse Deum. d.1.n.2,3. S.Th. 1.p.q.2.

23 Esse in Deo prouidẽtiam. d.1.n.15,36. S.Th. 1.p.q.22.

24 Esse Deum iudicem omniũ. d.1.n.15,36. S.Th. 1.p.q.22.

25 Deum vindicẽ esse, ac vltorem male agentiũ. d.1.n.15,36. S.Thom. 1.p. q.22.

26 Esse Deum agentem liberum. d.1.n.35. S.Th. 1.p.q.19.a.3.4.10.

27 Vo-

De Diuinis moribus.

d.1.n.22. & dist.11.n.221. S.Th.1.cont.gent.c.93. & opusc.62.

46 Esse Deum magnificum. d.1.n.23. & dist.11. n.224. S.Th.1.con.g.c.93. & opusc.62.

47 Esse Deum veracē. d.1.n.24.& d.7.n.20.& d. 11.n.241.S.Th.1.con.gen. c.93.& opusc.62.

48 Esse Deum fidelem. d.1.n.25. & d.11.nu.241. S.Th. 1.cont.gent.c.93. & opusc.62.

49 Deum patientē esse. d.1.n.26. & dist.12.n.14. S.Thom.1.cont.gent.c.93. & opusc.62.

50 Deum longanimem esse. d.1.n.27.d.12.nu.21. S.Thom. 1.cont.gen.c.93. & opusc.62.

51 Deum mansuetum esse. d.1.n.28.d.19.nu.50. S.Th. 1.cont.gent.c.93. & opusc.62.

52 Deū clemētem esse. d.1.n.29. d.13.n.54. S.Th. 1.con.g.c.93.& opusc.62.

53 Esse Deum benignū, id est sponte ad benefaciēdum paratum, & verbis dulcem. dist.1.n.19. S.Th. 2.2.q.8.a.4.ex Isidor.l.10. etym.c.2.

54 Esse in Deo beneficētiam.d.1.n.19.& d.9.n.50. S.Th. 1.cont.gent.c.93. & opusc.62.

55 Esse Deum exorabilem.d.1.n.19. S.Th.1.con. gen.c.93.& opusc.62.

56 Esse Deū misericordem,quatenus nostris malis occurrit sua bonitate. d.1.n.19.& d.9.n.48.S.Th. 1.con.g.c.93. & opusc.62.

De Diuinis Personis.

57 Deum vnum, personis trinum esse. seu Vnam diuinam naturā in tribus esse personis inter se distinctis, ab illis nullam in re distinctionem habentē. d.1.n.38.& seq. S.Th.1.p. à q.27.

58 Personam primam diuinam dici, & esse Patrem. d.1.nu.55,56. S.Th. 1.p.q.27. a.2. & q. 28. & q.33.a.2.

59 Personam secūdam diuinam dici,& esse Filiū, seu genitum. d.1.n.55,56, 58. S.Thom.1.p.q.22. a.2.

&

77 So-

77 Solere Spiritui ſancto attribui dona gratiæ. d.1. n.63. S.Th.1.p. q.39. a.8.& q.43.a.3.

78 Dici Filium viſibiliter à Patre miſſum: quatenus Filius à Patre procedens vnitus eſt perſonaliter humanitati noſtræ, & in ea hominum ſalutem eſt operatus. diſt.1.nu.65. S.Th.1.p.q 43.a.7.

79 Dici Spiritum ſanctum viſibiliter à Patre,& à Filio miſſum: quatenus Spiritus ſanctus à Patre, Filioq; procedens,ſenſibilibus ſignis animi ſanctificationem, quam interius operabatur, declarauit. d.1. n.64. S.Th.1.p. q.43. a.7.

80 Dici Spiritum ſanctum temporaliter procedere,& inuiſibiliter mitti: quatenus ipſi, qui eſt Perſona procedens, donum gratiæ gratum faciẽtis attribuitur, cum animæ infunditur.d.1.nu.64. S.Th. 1.p.q 43.

81 Dici Trinitatem habitare in hominũ mente, cum gratia gratum faciens infunditur animæ: quatenus Trinitas per hũc nouum effectum ſe animæ præſentem oſtendit. d. 1. n.64.S. Th.1.p.q.43.a.4.

82 Dici Filium inuiſibiliter mitti:quatenus Filius à Patre procedens per nouum gratiæ effectum animam inhabitat. d.1. n.65. S.Th.1.p.q.43 a.5.

83 Diuinam Trinitatẽ ratione naturali cognoſci non poſſe. d.1.n.38. S.Th. 1.p.q.32.a.1.

84 Tres diuinas Perſonas vnum eſſe principium operum ad extra. ſeu, Cõmunia eſſe tribus Perſonis opera Trinitatis ad extra.d.1.n.45. S.Th.1.p. q.45.a.6.

T DE

DE DIVINIS OPERIBVS.

Quæ Deus operatur ad extra, alia ad ipsas rerum naturas spectant, quæ naturalia, alia ad æternā creaturarum intellectualium felicitatem, quæ opera Gratiæ nominantur. Consideranda primum sunt diuina opera in communi; deinde singula opera naturæ, Mundus, Angeli, Homo, Potentiæ, & actus humani & intellectuales, & animales; tum diuina Prouidentia & circa totum mundum, & specialiter circa hominem; postremo opera ad salutem æternam spectantia, Prædestinationis effectus, Gratia, Iustificatio, gratiæ gratis datæ, Christus, Ecclesia, Salus ipsa, & vita æterna.

De diuinis operibus in communi.

85 MVndum vnum esse, omnē creaturarum multitudinem comprehendentem. d.2.à à n.8. S.Th.1.p.q.47.a.3.

86 Neque mundū, neque creaturam vllam æternam esse. seu, Omne creatum, esse in tempore cæpisse. d.1.n.2.S.Th.1.p.q. 46. & q.61.a.2.

87 Mundum à Deo esse. seu, Quidquid esse creatum habet, esse à Deo.d.1. n.2.3.4.31.S.Th.1.p.q.44. & q.65.a.3.& 4.

88 Multitudinē, & distinctionem rerum, & ordinem à Deo esse.d.1.n.2. 3.4.31.32.33.34.S.Th.1.p. q.47. & q.65. a.1. & à q. 67. ad 73. & q.74.

89 Creationem esse à solo Deo. d.2.n.22.23.24. 25. S.Th. 1.p. q.45. a.2.& 5.& q.65.a.3.

90 Finem omnium operum diuinorum esse ipsum Deum: quatenus ideo producit

ducit Deus quidquid producit, vt suam communicet bonitatem. d.2. à n.1. S.Th.1.p.q.44.a.4.& q.65. a.2.

91 Finem omnium operum diuinorum esse gloriam Dei. Omnia enim opera ad extra ad sui notitiam communicandá producit Deus. d.2.à n.7.

92 Hunc mundum visibilem propter hominem creatum esse. d.2.n.18.19. S.Th.1.p.q.91.a.4.& in Add.q 91.

93 Dei opera esse perfecta. seu, Creaturas omnes secundum metaphysicam rationem bonas esse. d.2.n 7. S.Th. 1.p.q.5.a.3. & q.73.a.1.

94 Nullam creaturam ex se illicitam esse. S.Th. 2.2.q.149.a.3.

95 Omnes creaturas finitæ perfectionis esse.d.1. n.3.S.Th 1.p.q.7.

96 Esse omnes creaturas ad similitudinem exéplarium, quæ sunt in Deo; & quædam diuinæ Trinitatis vestigia. d.1. n.14.& d.2.n.7.S.Th.1.p.q.44.a.3. & q 45.a.7.

97 Omnes creaturas intellectualem in Deo vitam esse. d.1. n.17. S.Th. 1.p.q.18.a.4.

98 Omnia esse creata Verbo Dei. seu, Dei scientiam esse rerum causam tanquam Ideam, & artem rerum. d.1. n.14. & d.2. n.7. S.Th. 1.p. q.14.a.8.& q.15.& q.45.a.6.

99 Facta esse omnia Spiritu Dei. Seu, Dei voluntatem esse rerum causam, vt principium efficiens, à quo sunt omnia, d 1. n.17. S.Th. 1.p. q.14. a.8.et q.19.a.4.et q 45.a.6.

100 Omnia Deum magna cum sapientia condidisse. d.1. n.14. S.Th.1.p. q.14.

De productione creaturarum.

101 Cœlum à Deo esse. d.1. n.2.31. S.Th.1.p. q.65.

102 Esse Angelos à Deo.d.1.n.2.31.S.Th.1.p. q.61.a.1.

103 Terrã esse à Deo. d.1.

De Angelis.

gelos singularia. d.2.n.15. 26. S.Th. 1. p.q.57.a.2.

122 Non habere Angelos cognitionem futurorum contingentium ex libera voluntate pendentium. d.1.nu.10.14.S.Th. 1.p. q.57. a.3.

123 Cordium cogitationes Angelos non cognoscere. d.2. n.17.S.Th. 1.p. q.57. a.4.

124 Angelos cognitionem naturalem nō habere mysteriorum gratiæ. d.7.n.4.S.Th.1.p.q.57.a.5.

125 Angelos bonos sēper esse in actu cognitionis beatæ. d.2.n.30. S.Th. 1.p.q.58.a.1.

126 Angelos voluntate præditos esse.d.2.n.29. S.Th.1.p. q.59. a.1.

127 Esse in Angelis liberum arbitriū. d.2.n.29. S.Th. 1.p. q.59. a.3. & q. 60. a.2.

De Homine.

128 Esse hominē, quatenus mente est præditus, ad imaginem Dei.d.2.n.7. S.Th.1.p.q.4.a.3. & q.45. a.7. & q.93.

129 Esse hominem ex anima, corporeque compositum. Id indicat intellectio spiritualium, quæ intelliguntur modo corporeorū. d.2.n.16. & d.5. n.3.S.Th. 1.p.q.75. a.4.& q.76.a.1.& 7.

130 Animam hominis esse incorpoream, & subsistentem. d.2.n.16.& d.5. n.1. S.Th. 1.p.q.75.a.2.

131 Animam hominis esse immortalem.d.5.n.1, 2.S.Th.1.p.q.75.a.6.

132 Non vnā esse plurium hominum animam, seu intellectū. Non enim experimur idē simul plures intelligere. & plures materiæ plures formas arguunt. d.2.n.32.S.Thom. 1.p.q.76.a.2.

133 In vno homine animam vnam esse. In vna enim materia vna tantum est forma completa. d.5. n.3. S.Th. 1.p.q.76.a.3.

134 Animam intellectiuam humani corporis formam esse.est enim anima in composito humano pars pręcipua.d.2.n.16.&

intelligere secũdum similitudines corporeas: quia ipsa est corpori composita. S.Th.1.p.q.84.a.7,8.& 2.2.q.124.a.2.ad 4.& q.175.a.5.& q.180.a.5. ad 2.

149 Humani corporis speciem decoram esse. S.Th.1.p.q.76.a.5.ad 3.& q.91.a.3.

150 Aliqua corpora venustate præcellere. excellunt enim in proportione partium cum debiti coloris claritate. S.Th.2. 2.q.145.a.2.

De actibus intellectus, & voluntatis.

151 Esse in homine actum simplicem intellectionis: quem simplicem apprehensionem Philosophi nominant. d.6.n.90.

152 Esse in homine actum intellectionis, qui Iudicium appellatur. d.6. n.91.

153 Esse in homine actum intellectionis, quẽ discursum vocamus. d.6. n.92.

154 Esse in homine cognitionem certam rerum, & euidentem. d.6. n.95.S.Th.1.2.q.57.

155 Esse in homine actum opinionis. qui est cognitio motiuum habens intrinsecum, sed dubium, ad affirmandum aliquid, vel negandum. d.6.n.96. S.Th.1.2.q.57.

156 Esse in homine actum fidei. qui est cognitio motiuum habens extrinsecum, auctoritatẽ dicentis. d.6.n.97. & d.7. n.1.S.Th.1.2.q.57.

157 Esse in hominis intellectu actus veros, habitibus illis respondentes, quos virtutes intellectuales Philosophi vocant. d.6.à n.98.S.Th.1.2.q.57.

158 Admirationis actũ formari, cum insolitæ rei cognitio formatur; cuius rei causã intellectus ignorat, & inuestigatu difficilem reputat; eius proinde inuestigationem quodammodo reformidat. S.Th. 1.p.q.105.a.7.& 1.2.q.41. a.4.

S.Th.1.2.q.17.

168 Dilectionis actum formari, cum aliquid electione præcedente amatur.S.Th.1.2.q.26.

169 Caritatis actum formari, cum quod amatur, magni pretij æstimatur. S.Th.1.2.q.26.a.3.

170 Fruitionis actum voluntatem formare, cum de bono delectatur, quod possidet. Sum.Eth.d.1.q.4.p.1.§.4. S.Th. 1.2.q.11. a.1.

171 Ad desiderati finis cõsecutionem fruitionem perfectam consequi:& tamen ex intentione finis nõdum habiti fruitionem aliquam proficisci. S.Th. 1.2.q.11.

De actibus sensuum.

172 Esse in homine visum. d.6.n.59.

173 Esse auditum in homine.d.6.n.59.

174 Esse gustum in homine. d.6.n.59.

175 Esse in homine odoratum. d.6.n.59.

176 Esse tactum in homine. d.6.n.59.

177 Hominem localẽ motũ exercere. d.6.n.59.

178 Imaginationis actũ exerceri,cum interno sensu singularia sensibilia cognoscũtur. d.6.n.61.S.Th. 1.p.q.12.a.3.ad 3.& q.93. a.6. ad 4.

179 Memoriam sensitiuam esse imaginationẽ rerum præteritarum. d.6. n.61. S.Th.1.p q.79.a.6.

180 Esse in sensu actus actibus mentis secundum modum sensibilem respõdentes.d.13.n.99.S.Th. in Add.q.3.a.1.

181 Esse in ratione actus actibus sensitiuis respondentes. d.13.n.98.

De Passionibus animi, seu De actibus appetitus sensitiui.

182 Actus passionum esse in hominis animo. d.6.n.62. S.Th.1.2.q.22.

De

De Amore.

amata exit quodammodo extra seipsum, & in rem amatam transfertur. S.Th. 1.2.q.28.a.3.

196 Amoris effectum esse zelum. Amor enim quærit excludere omne id, quod bono amato repugnat. S.Th.1.2.q.28.a.4.

197 Omne agēs, quodcunque sit, agere quamcūque actionem ex aliquo amore. S.Th.1.2.q.28.a.6.

De Odio.

198 Formari actum odij, cum appetitus auertitur ab eo, quod malum æstimatur. d.6.n.63. S.Th. 1.2.q.29.a.1.

199 Accidere interdū, vt quis odio habeat, & apprehendat sub ratione mali, quod amare deberet, & sub boni ratione apprehendere. S.Th. 1.2. q.29.a.4,5.

De Concupiscentia.

200 Concupiscentiæ, ac desiderij actum formari, cum affectus cupiditate fertur in bona sensibilia, quæ nondum habentur. d.6.n.64. S.Th. 1.2. q.30. a.2.

201 Non posse bona temporalia hominis cupiditatem explere. d.6.n. 64.S.Th. 1.2.q.30.a.4.

De Delectatione.

202 Delectationem, & Gaudium esse sensum quendam animi de bono iam acquisito, & præsente: quo sensu animus in eo bono cōquiescit. d.6.n.66. S.Th. 1.2.q.31.a.1.

203 Delectationes spirituales, & intelligibiles delectationibus corporalibus, & sensibilibus meliores, ac maiores esse. S.Th. 1.2.q.31.a.5.& q.32. a.2. ad 1.

204 Causare delectationem Bonum secundum cognitionē præsens. S.Th. 1.2.q.32.a.1,3.

205 Tristitiam delectationis causam esse, quatenus præteritorum tristiū meminimus, è quibus nos euasisse lætamur. S.Th.1. 2.q.

De Dolore, ac Tristitia.

1.2.q.35.a.8.

218 Inuidiam esse tristitiam de bono alieno, quatenus vt proprium malum æstimatur. d.6. n.69. S.Th. 1.2. q.35. a.8. & 2.2.q.36.a.1.

219 Anxietatem, siue Angustiam esse tristitiam, quę sic aggrauat animum, vt nullum refugium appareat. d.6. n.72. S.Th. 1.2. q.35.a.8.

220 Acediam esse tristitiam, quæ sic aggrauat animum, vt etiam mẽbrorum vsum prohibeat, & afferat torporẽ. d.6.n.73. S.Th. 1.2.q.35.a.8.

221 Nemesin esse tristitiam de bono temporali alieno, quatenus iudicamus alterum esse illo indignum. d.6.n.70. Arist.2. Rhet.c.9.

222 Zelum esse tristitiam de bono alieno, quatenus illud nobis deest. d.6.n.71. Arist.2.Rhet.c.11.

223 Pœnitentiam esse tristitiam de malo pręterito. S.Th.3.p. q.85.a.1,2,3.

224 Tristitiæ causam esse tum bonum amissum, tum malum coniunctum. S.Th.1.2.q.36.a.1.

225 Tristitiæ causam esse amorem. S.Th. 1.2. q.36.a.2,3.

226 Tristitiæ causam esse iram, quæ non expletur. S.Th.1.2.q.36.

227 Tristitiæ causam esse dilationem in assequẽdo bono, quod expectatur. S.Th.1.2.q.36.

228 Tristitiæ causam esse memoriam mali patrati. S.Th.1.2.q.36.

229 Tristitiam immoderatam impedire omnem operationem, præsertim intelligentiæ, ac rationis. S.Th.1.2.q.37.

230 Maxime nocere corpori tristitiam. S.Th. 1.2.q.37.a.4

231 Tristitię quendam effectum fletum esse. S.Th. 1.2.q.37.a.2.

232 Tristitiam delectatione mitigari. S.Th. 1.2. q.38.

233 Tristitiam cohiberi depellendo opinionem mali, ob quod tristamur. S.Th.1.2.q.38.

De

245 Radicem, vnde timor oritur, esse amorem. Timentur enim mala, quæ tollunt bona, quibus amore inhæremus. S.Th. 1.2. q.43.a.1.

246 Causari timorem ex existimatione defectus virtutis ad facilè repellendum imminens malum. S.Th. 1.2.q 43.a.2.

De Audacia.

247 Exerceri actum audaciæ cũ affectu tendimus in bonum difficile ad obtinendum, vt obtineatur. seu Cum malum terribile prosequimur ad bonum obtinendum. dist.6. n.77. S.Th. 1.2.q.45.a.2.

248 Audaciæ causam esse spem. S.Th.1.2.q.45. a.3.

249 Audaciæ causam esse iram. S.Th.1.2.q.45. a.4.

De Ira.

250 Iram esse appetitionem reddendi malum, seu inferendi malum ei, qui malũ infert. d.6. n.86. S.Th. 1.2.q.46.

251 Iram concitari ex existimatione iniuriæ illatæ, quæ sub ratione contemptus apprehenditur. S.Th. 1.2.q.47. a.1,2.

252 Remotione imaginationis obiecti læsiui irã remoueri. seu, Ad frænandã iram artes varias esse. Arist. 2.Rhetor.c.3. S.Th. 1.2.q.47.

253 Iræ effectum esse delectationem, quæ causatur ex imaginatione vindictæ. S.Th. 1.2 q 48.a 3.

254 Ira iudicium rationis impediri. S.Thom. 1.2. q.48.a.3.

De Habitibus.

255 Dari in animę potentijs habitus bonos, quibus potentiæ disponũtur, & inclinantur ad actus bonos. d.6.n.54. S.Thom. 1.2. q.49. & 50. & q.54.a.13.

256 Dari in animæ potentijs habitus malos, quibus disponuntur, & inclinant in actus malos. dist.6. n.54. S.Th. 1.2.q.49.& 50.

&

recta ratione ad opus agēdum, quatenus opus conueniens est homini vt homo est: qualia sunt opera virtutum moralium. qui habitus Prudētia nominatur. d.6.n.104. S.Th. 1.2. q.57. a.4.

270 Sine Intellectu, & sine Prudentia non posse virtutem moralem esse. d.10.n.10. S.Th. 1.2.q.58. a.4.

271 Virtutes intellectuales, excepta Prudentia, posse sine virtutibus moralibus esse. d.10.S.Th. 1.2.q.58.a.5.

272 Sine virtutibus moralibus non posse Prudentiam esse. d.10.n.11,18,23. S.Th.1.2.q.58.a.5.

273 Posse cum virtutibus moralibus passiones esse. S.Th.1.2.q.59.a.3.

274 Posse cum virtutibus moralibus tristitiam esse. S.Th.1.2.q.59.a.3.

275 Virtutes morales plures esse. d.6. à n.125. S.Th. 1.2.q.60.a.1,4,5. & q.61.

276 Virtutum alias circa operationes, alias circa passiones esse. seu; Per virtutes aliquas ad alios, per aliquas ad nos ipsos recte nos habere. d.6. à n.125. S.Th.1.2. q.60.a.2.

277 Principia virtutũ humanarum esse in nobis à natura: quatenus in ratione insunt quædā principia naturaliter cognita tam scibilium, quam agēdorum, quæ sunt quædam seminaria intellectualium virtutum; & quatenus in voluntate inest quidā naturalis appetitus boni, quod est secundum rationem. d.10.n.21.S.Th.1.2. q.63.a.1.

278 Aliquas virtutes causari in nobis ex operũ assuetudine. d.6. n.54. S. Th.1.2.q.63.a.2.

279 Aliquas virtutes morales causari in nobis per diuinam infusionem; nempe eas, quæ circa obiecta humanæ virtutis versantur secundum regulam legis diuinæ, & in ordine ad bonum supernaturale. d.6. n.55. S.Th. 1.2. q.63. a.3,4.

280 Virtutes morales

intellectualibus virtutibus competere. S.Th.1.2.q.66. a.3.

291 Inter virtutes morales præclarissimam esse Iustitiam. S.Th.1.2.q.66. a.4.

292 Præclaras aliquas virtutes appellari, modo secūdum seipsas, & ratione obiecti; modo comparatione facta cum virtutibus ignobilioribus; modo ratione vtilitatis, quam afferunt. S.Th.1.2.q.66. a.4.

293 Inter intellectuales virtutes Sapientiam esse maximam. S.Th.1.2. q.66.a.5.

294 Inter theologales virtutes Charitatem esse maximam. S.Th.1.2.q.66. a.6.

De Prouidentia, & Gubernatione diuina.

295 Quidquid accidit in tempore, ab æterno à Deo præcognitū, ac prædeterminatum fuisse. d.1. n.10, 14, 15, 36. & d.6. à n.21. S.Th. 1.p. q.14, 15, 19, 20.

296 Omnia à diuina voluntate pendere. d.1. n.1, 2, 3, 14, 43. S.Th. 1.p. q.19. a.6.

297 Voluntatem Dei non imponere necessitatem agentibus liberis. d.6. n.17. S.Th. 1.p. q.19. a.8. & q.22. a.4. & q.23. a.6.

298 Bonorum esse auctorem Deum. d.1. n.1, 2, 3. S.Th. 1.p. q.2. a.3.

299 Inditū esse à Deo rebus omnibus appetitum in bonum cuique propriū. seu, Bonum esse, quod appetunt omnia. S.Th. 1.p. q.5.a.4.

300 Deum non esse auctorem mali, quod est culpa. d 6.n.34. S.Th. 1.p.q. 19 a.9.& q.49.a.2.

301 Permitti à Deo peccata ob maius bonum. d.6. n.34. S.Th. 1.p. q.19. a.9.& q.49.a.2.

302 Deum esse auctorem mali, quod est pœna. d.6.n.34. S. Th.1. p.q.19. a.9.& q.49.a.2. & q.114. a.1.ad 1.

De operibus diuinae prouidentiae circa homines.

315 Humano Deũ corpori, ad viuendam vitam, animam infudisse. dist. 2. n. 33. S.Th. 1. p. q. 91.

316 Effectum à se hominem, Deum in terrestri Paradiso collocasse. S.Th. 1. p. q. 102.

317 Mulierem ex viro à Deo formatam ad prolis procreationem fuisse. S.Th. 1. p. q. 92.

318 Fuisse à Deo creatum hominem perfectum scientia. d. 2. n. 34. S.Th. 1. p. q. 94. a. 3.

319 Fuisse à Deo constitutum hominem dominum visibilium. d. 2. n. 34. S.Th. 1. p. q. 96.

320 Hominum ex hominibus generationem esse. d. 2. nu 32. S.Th. 1. p. q. 98.

321 Intellectum nostrum non omnia cognoscere. S.Thom. 1. p. q. 86. a. 3, 4.

322 In iudicio de rebus formando sæpe intellectum nostrum decipi. S.Th. 1. p. q. 85. a. 6.

323 Animam nostram per cognitionem rerum materialium ad cognitionem rerum spiritualium, ac ipsius Dei, deuenire. dist 2. n. 13. S.Thom. 1. p. q. 88.

324 Cogitationes cordium, & futura à libera voluntate pendentia, Deo reuelante cognosci. d. 2. n. 17. S.Th. 1. p. q. 86. a. 4. ad 2.

325 Voluntatem ab inlectu moueri quatenus ab intellectu proponitur voluntati bonum, quod est finis; à quo voluntas mouetur. S.Th. 1. p. q. 82. a. 4. & 1. 2. q. 9. a. 1.

326 Intellectũ, & omnes hominis potẽtias, exceptis vegetatiuis, à voluntate moueri ad actus proprios: quatenus vnaquæque potentia format actum circa suum obiectum, vt circa bonum aliquod, quod ad assecutionem boni pertinet, quod voluntas vt aliarum potentiarum domina intendit. S. Thom. 1. p. q. 82. a. 4.

327 Moueri posse à Deo intellectum nostrum.

De Angelorum præsidentia super corporalem creaturam.

poralem creaturam. d.2. n.27. S.Th.1.p.q.110.

341 Homines ab Angelis illuminari. d.2.n.27. S.Th.1.p.q.111.

342 Immutare posse Angelos hominum imaginationem. S.Th. 1.p.q. 111.a.3.

343 Immutare posse Angelos sensus humanos. S.Th.1.p. q.111.a 4.

344 Angelos ad homines mitti. d.2. n.27.S.Th. 1.p.q 112.

345 Angelos hominũ Custodes esse. d.2. n.27. S.Th. 1.p.q.113.

346 Solere Angelos visibili spetie hominibus apparere, & assumere corpora. S.Th. 1.p.q.50.a.1. & q.51.a.1,2.

347 Non esse vim in Angelis ad educendum è corporibus formam vllam.d.2.n.21.

De diuina Prædestinatione.

348 Voluisse Deum ab æterno omnibus creaturis intellectualibus æternam felicitatem, ac summi boni visionem per media sufficientia largiri. d.2.n. 44. & d.6. n.19. S.Th.1.p. q.23.

349 Electas esse à Deo ab æterno, vt ipsi placuit, ex creaturis intellectualibus aliquas ad vitam æternam.d.6.à n.21.S.Th.1.p. q.23.a.4.

350 Prædestinasse Deũ ab æterno illos, quos eligebat, id est, per conueniẽtia media ad finem æternę felicitatis ordinasse. d. 6. n.23. S.Th.1.p.q.23.

351 Deũ ab æterno aliquos reprobasse. id est, Præuisis eorum malis operibus, ad æterna supplicia destinasse. d.6.n.23. S.Th. 1.p.q.23.a.3.

352 Prædestinationem electorum habere media, à Deo præordinata, orationes Sanctorum, & ipsorum electorum opera bona.d.6.à n.21.S.Th.1.p. q.23.a.8.

353 Angelos in sui creatione diuinis gratię donis ornatos à Deo fuisse. d.2. n.30.S.Th.1.p.q.62.a.3.

De Gratia.

fundi tum Theologales, tũ morales. d.2.n.55. & d.6. n.57. S.Th.1.2.q.112.a.3. & q.113.a.1,2.

366 Infundi à Deo in anima quosdã habitus, seu virtutes; quæ Dona Spiritus sancti appellãtur: quibus animus redditur habilis, vt à diuinis inspirationibus moueatur, & bene sequatur instinctum diuinum. d.6.n.133. S.Th. 1.2. q.68.a.1,2,3,4.

367 Excitari animum à Deo inspirationibus quibusdã, ac motionibus; quæ spiritus Dei nominantur. d.6.n.133.& seq. S.Thom. 1.2.q.68.a.2.

368 Per gratiam perfectiorem de Deo cognitionem haberi à nobis, quàm per lumen naturale. d.7. n.4. S.Th.1.p.q.12.a.13.

369 Hominem per sua naturalia beatitudinẽ ęternam consequi non posse. d.2.n.49. S.Thom.1.2.q.5. a.5,6.

370 Ad vera supernaturalia cognoscenda, diuinã illustrationẽ requiri. d.7. n.4. S.Th.1.2.q.109.a.1.

371 Hominem ad bonũ supernaturale operãdum, indigere diuino gratię auxilio. d.2.n.50. & d.6.n.14. S.Th.1.2.q.109.a.2.

372 Hominem ad totũ bonum sibi connaturale operãdum, indigere diuino gratię auxilio. d.2.n.56. S.Th.1.2.q.109.a.2.

373 Hominẽ ad amandum Deum super omnia, actu etiam naturali, indigere auxilio gratiæ naturam sanantis. dist.2.nu.56. S.Th.1.2.q.109.a.3.

374 Non posse hominẽ in statu naturæ corruptæ implere præcepta legis sine gratia Dei. d.2. nu.56. S.Th.1.2.q.109.a.4.

375 Non posse hominẽ mereri vitam æternã sine gratia Dei. dist.2. n.45. & seq. S.Th.1.2.q.109.a.5.

376 Non posse hominẽ seipsum ad gratiam præparare absque exteriori auxilio gratiæ. d.2.n.50. S.Th. 1.2.q.109.a.6,7,& q.112. a.2,3,4.

377 Hominem non exĩstentem in gratia, nõ posse diutius sine nouo peccato ma-

spe-

spectātes d.6.n.138.S.Th. 2.2.q.121.

392 Esse à Spiritu sancto illustrationes, & affectus ad donum Fortitudinis spectantes. d.6.n.139. S.Th.2.2.q.139.

393 Esse à Spiritu sancto illustrationes, & affectus ad donum Timoris spectātes.d.6.n.140.S.Th. 2.2.q.19.a.9.& q.141.a.1. ad 3.

394 Esse à Deo vocationem à statu peccati ad statum gratiæ. d.2.n.55.

395 Esse à Deo vocationem ad perfectionem. d.2.n.56.

396 Esse à Deo vocationem ad pręclara in Ecclesia munera exercenda. d.2.n.56.

397 Esse diuinæ vocationi respondendum. d.2. n.55,56.

398 Esse diuinæ gratię cooperandum. d.2.n.55, 56.

399 Diuinam gratiam omnibus præsto esse. d.6. n.22.

400 Diuinæ gratiæ incremēta esse. Nam in homine iusto nouis operibus bonis maior in cælo gloria respondet. gloriæ autē quantitas quantitati gratiæ respondet. d.2.n.61.& & d.5 n.13

401 Stabile bonum esse diuinam gratiam. Pendet enim à Deo, non habens à quo possit corrumpi. Deus autem non desinit eam conseruare, nisi homo diuinum Ius læserit. d.5.n.1.

402 Posse hominem Gratiæ resistere. Diuina enim Gratia non aufert ab homine libertatem. d.6.à n.3.

De Iustificatione.

403 Iustificationē impij remissionem esse peccatorum. d.2. à n.50. S.Th.1.2. q.113.a.1,& 6.

404 Remissionem peccatorū à Deo fieri per gratiæ infusionem. d.2.à n.50. S.Th.1.2.q.113.a.2.

405 Iustificari impios gratis. S Th.1,2,q.112.a.3.

406 Ad iustificationē, & ad gratiam diuinam

De Gratijs gratis datis.

estq; Gratia gratis data. d.6.n.144.S.Th.1.2.q.111. a.4.& 2.2.q.45.a.5.

417 Solere à Deo cōmunicari Ecclesiæ Doctoribus ad aliorū instructionem, peculiarem cognitionem rerum naturaliū: quę est gratia gratis data; & appellatur scientia.d.6. n.145.S.Th.1.2.q.111.a.4.

418 Solere aliquibus cōmunicari à Deo ad Ecclesiæ vtilitatem donum miraculosum sanandi corporis morbos: quod est gratia gratis data, & Gratia sanitatum appellatur. d.6.n.146.S.Th.1.2.q.111. a.4.

419 Solere aliquibus cōmunicari à Deo ad Ecclesiæ vtilitatem donum faciendi alia miracula, præter sanitatem: quod est gratia gratis data, & operatio virtutū appellatur. d.6.n.147.S.Th.1.2.q.111. a.4.& 2.2.q.178.

420 Communicari à Deo aliquibus solere Prophetiæ donum, gratiam gratis datā. quo dono habetur cognitio futurorum contingentium, quæ solus Deus potest cognoscere. d.6.n.148.S.Th.1.2.q.111. a.4.& 2.2.q.171.

421 Solere aliquibus cōmunicari à Deo ad vtilitatem Ecclesiæ, Discretionem spirituum. quæ est gratia gratis data, & potestas manifestandi cordiū occulta, quæ solus Deus potest cognoscere. d.6.n. 149.S.Th.1.2.q.111.a.4.

422 Sæpe communicari à Deo ad instructionem aliorum cognitionem, & vsum miraculosum variorum idiomatum. quæ est gratia gratis data, quam Apostolus genera linguarum appellat. d.6.n.150. S.Th.1.2.q.111. a.4. & 2. 2.q.176.

423 Sæpe Deum cōmunicare aliquibus ad aliorum instructionem, intelligentiam quandam peculiarem eorum, quæ verbis proferuntur. quæ est gratia gratis data, quam Interpretationem sermonū appellant.d.6.n.151.S.Th. 1.2.q.111.a.4.

424 Gratiam sermonis

esse,

esse, cum Spiritus sanctus ita prædicatoris linguam instruit, vt auditorem doceat, & delectet, & flectat. S.Thom. 2.2. q. 177. a. 1.

DE CHRISTO.

Christus Persona est vna composita, duas naturas habens diuinam, & humanam, verus Deus, & verus homo. Qui prædestinatus ab æterno caput omnis creaturæ, & humani generis reparator; natus est homo in tempore, plenus gratia, mira pro nostra salute operatus, & passus acerba, & mortuus. Qui rediuiuus in cælum ascendit, venturus extremo mundi die ad iudicandum viuos, & mortuos. Propositiones igitur erunt: De vtraque Christi natura, de prædestinatione, de primo aduentu, de natiuitate secundum carnem, de perfectionibus, de uita, de passione, de satisfactione, de gloria, de aduentu secundo.

De vtraque Christi natura.

esse. seu, Vnam esse in Christo Personam nempe Personã Verbi, cum duabus naturis, diuina, & humana. quia vni soli Personæ tribuũtur in sacris scripturis diuina, & humana, quæ de Christo dicuntur. d.3. à nu.2. S.Th.3.p.q.2. a.1,2.& q.4.a.2,3. & q.16. a.4.

430 Christum vt hominem, veram animam habere, & intellectum humanum. d.3.n.5. S.Thom.3.p. q.2.a.5. & q.5.a.3,4.

431 Verbum Dei fuisse incarnatum, non Patrem, non Spiritum sanctum. S.Th.3.p.q.3.a.4.& 8.

432 Congruum fuisse naturam humanam assumi à Filio Dei. d.3.à n.1.S.Th. 3.p.q.4.a.1.

433 Congruum fuisse naturam humanam assumi ex stirpe Adæ. dist.2. n.4. S.Th 3.p.q.4.a.6.

434 Assumpsisse Filium Dei verum corpus humanum. d.3.n.5 S.Thom.3.p. q.5.a.1,2.

435 Iesu Christi corpus ex Abrahæ, ac Dauidis stirpe fuisse deriuatũ. S.Th.3.p.q.31

436 Iesum Christum Filium Dei secundùm humanitatem minorem esse Patre, eique subiectum. S.Th.3.p.q.20.

437 Christum Dominũ viatorem simul, & comprehensorem fuisse. d.3. n.18, 19, 20. S.Thom.3.p.q.15. a.10.

438 In Christo Domino duas voluntates fuisse; vnam diuinam, alteram humanam. d.3.à n.1.S.Th. 3.p.q.18.a.1.

439 Fuisse in Christo duplex operationum genus, humanarum, & diuinarum. d.3.à n.1.S.Th.3.p. q.19.a.1.

440 Fuisse in Christo liberum arbitrium. dist.3. à n.17. S.Th.3.p.q.18.a.4. & q.34.a.2.

441 Volũtatem humanam in Christo fuisse cum diuina consentientẽ. S.Th. 3.p.q.18.a.5,6.& q.21.a.4.

442 In Christo Iesu appetitum sensitiuum fuisse. d.3.à n.1.& n.25.S.Thom. 3.p.q.18.a.2.

De

à Iudæis persecutoribus ignoratum vt Deum, sed ignorátia culpabili. S.Th. 3.p.q.47.a.5.

De Christi Natiuitate secundum carnem.

457 Esse in Christo nõ solum Natiuitatem æternam à Patre; sed etiam tẽporalem ex Virgine. d.3. n.26. S.Th. 3.p.q.35.a.4.

458 Spiritum sanctum, ac totam Trinitatem fuisse principium actiuũ Conceptionis Christi: ipsam formasse Christi corpus in instanti, ipsam animasse, ipsam Verbo vnisse. d.3. n.26. S.Th. 3.p.q.32. & 33.

459 B. Virginem verã Christi, ac proinde Dei, matrem esse. d.3. n.26. S.Th. 3.p.q.35.a.3,4.

460 Dei parentẽ Mariam vlli peccato obnoxiam fuisse nunquam. d.3. n.27. S.Th. 3.p.q.27.a.4.

461 Fuisse Matrem Dei gratiæ ornamentis omnibus super plenam. d.3.n. 27. S.Th. 3.p.q.27.a.5,6.

462 Sine virginitatis detrimento Dei Filium & concepisse, & peperisse B.Mariam. d.3.n.26. S.Th. 3.p.q.28.a.1,2.

463 Decuisse Christũ Iesum ex Virgine desponsata nasci, veroque matrimonio copulata. S.Thom. 3.p.q.29.

464 Decuisse Christi conceptionem ab Angelo Virgini nunciari. S.Thom. 3.p.q.30.

1075 Esse diuinam legem necessariam nobis ad salutem. d.7.n.5.S.Th.1.2. q.91.a.4. & 2.2.q.2.a.5, 6,7,8.

1076 Diuinam legem esse iucundissimam. d.7. n.32.

1077 Legem diuinam duplicem esse, Veterem, ac Nouam: alteram figuram, alteram veritatem. S.Th.1.2.q.91.a.5.

1078 Esse legem sensualitatis, ac fomitis, inclinationem sensus ad obiecta sensibilia, deuiantem à lege rationis; relictam in homine post peccatum, ac legis pœnalis rationē habentem. S.Th.1.2.q.91.a.6.

1079 Effectū legis esse facere homines bonos. Proprium enim legis est; inducere subiectos ad propriam ipsorum virtutem. d.6. n.29. S.Th.1.2.q.92.a.1.

1080 Legis effectum esse, inobedientes punire. Male enim agit, qui contra legem agit. sunt autem pœna plectendi male agētes. S.Th.1.2.q.92.a.2.

1081 Solere à legibus tum præmia, tum pœnas proponi. S.Th. 1.2.q.99.a.5,6.

1082 Legis actum esse, virtutum actus pręcipere. S.Th.1.2.q.92.a.2.

1083 Legis actum esse, vitiosos actus prohibere. S.Th.1.2.q.92.a.2

1084 Legis actum esse, quædam vel parum bona, vel parum mala, ob commune bonum, permittere. S.Th.1.2 q.92.a.2. & 2.2.q.10.a.11.

1085 Præceptum, legemque charitatis esse omnium maximam; est.n. de fine vltimo, deque vita spirituali: ad quem finem cetera ordinantur. S.Th.2.2.q.44.ar.1.

De lege æterna.

1086 Legem æternam nobis per effectus à Deo productos, quasi per quosdam radios, manifestari. S.Th.1.2.q.93.a.2.

1087 Nihil esse in ceteris legibus iustum, atque legitimum; quod non ex lege æterna deriuetur. S.Th.1.2.q.93.a.3.

1088 Cūcta creata legī æternę, id est, rationi diuinæ gubernationis subiecta esse. d.1. nu.5, 14, 43. S.Th.1.2.q.93.a.4,5,6.

De lege naturali.

De lege humana.

S.Thom.

S.Thom.1.2.q.96.a.4.

1099 Legem iniustam non obligare, nisi cum scādalum accideret. d.11. à nu.127. S.Th. 1.2.q.96. a.4.

1100 Legibus humanis diuinę legi contrarijs non esse parendum. dist.11. à n.127. S.Th.1.2.q.96.a 4.

1101 Bonos non esse sub lege: quatenus voluntariè, non coactè agunt, quæ præscribuntur à lege. S.Th.1.2.q 96.a.5.

1102 Subdi omnes eorum legibus, quorum potestati subduntur. d.11. à n.127. S.Th.1.2.q.96.a.5.

1103 Sui Superioris legi nonsubdi eum, qui alio modo in præcepta materia à Superioris Superiore dirigitur. d.11.à n.127. S.Th.1.2.q.96.a.1.

1104 Non esse legem obseruandam, cum casus occurrit, in quo eius legis obseruatio damnosa communi saluti sit. dist. 11. à n.127. S.Th.1.2.q.96.a.6.

1105 Legem humanam rectè mutari, cū per eius mutationem cōmuni vtilitati prouidetur. d.11. à n.127. S.Thom.1.2.q.97. a.1,2.

1106 Consuetudinem habere vim legis. S. Th. 1.2.q.97.a.3.

1107 Posse legem humanam à consuetudine aboleri. Consuetudo enim quoddam quasi decretum communitatis est. habet autem Communitas cum suo Capite vim decreta condendi. S.Th.1.2.q.97. a.3.

1108 Interpretatricem esse legum Cōsuetudinē. S.Th.1.2.q.97.a.3.

1109 Posse eum, qui multitudinē regit, dispensare in lege, quæ suæ innititur auctoritati. dist.11.à n.127. S.Th.1.2.q.97.a.4. & q.100.a.8.

1110 Licitum esse interdum vti Epijcia in legibus, ac præceptis obseruandis. d.11.n.134. S.Th. 2.2. q.120. & q.147. a.3. ad 2. & a.4.

De lege veteri.

1111 Legem veterem

De lege naturali.

De lege humana.

S. Thom. 1.2.q.96.a.4.

1099 Legem iniuſtam non obligare, niſi cum ſcãdalum accideret. d.11. à nu.127. S.Th. 1.2.q.96. a.4.

1100 Legibus humanis diuinę legi contrarijs non eſſe parendum. diſt.11. à n.127. S.Th.1.2.q.96.a 4.

1101 Bonos non eſſe ſub lege: quatenus voluntariè, non coactè agunt, quæ præſcribuntur à lege. S.Th.1.2.q 96.a.5.

1102 Subdi omnes eorum legibus, quorum poteſtati ſubduntur. d.11. à n.127. S.Th.1.2.q.96.a.5.

1103 Sui Superioris legi nonſubdi eum, qui alio modo in præcepta materia à Superioris Superiore dirigitur. d.11. à n.127. S.Th.1.2.q.96.a.1.

1104 Non eſſe legem obſeruandam, cum caſus occurrit, in quo eius legis obſeruatio damnoſa communi ſaluti ſit. diſt. 11. à n.127. S.Th.1.2.q.96.a.6.

1105 Legem humanam rectè mutari, cũ per eius mutationem cõmuni vtilitati prouidetur. d.11. à n.127. S.Thom.1.2.q.97. a.1,2.

1106 Conſuetudinem habere vim legis. S. Th. 1.2.q.97.a.3.

1107 Poſſe legem humanam à conſuetudine aboleri. Conſuetudo enim quoddam quaſi decretum communitatis eſt. habet autem Communitas cum ſuo Capite vim decreta condendi. S.Th.1.2.q.97. a.3.

1108 Interpretatricem eſſe legum Cõſuetudinẽ. S.Th.1.2.q.97.a.3.

1109 Poſſe eum, qui multitudinẽ regit, diſpenſare in lege, quæ ſuæ innititur auctoritati. diſt.11. à n.127. S.Th.1.2.q.97.a.4. & q.100.a.8.

1110 Licitum eſſe interdum vti Epijcia in legibus, ac præceptis obſeruandis. d.11.n.134. S.Th. 2.2. q.120. & q.147. a.3. ad 2. & a.4.

De lege veteri.

1111 Legem veterem

1124 In lege veteri præcepta cęremonialia esse. per quæ cultus diuini modus Iudaico populo præscribebatur, ac determinabatur. S.Th.1.2 q 99 a.3.& q.101.a.1.& q.102. a.1.

1125 Præcepta cæremonialia veteris legis, figuralia fuisse. seu, Cæremonias veteris legis tum Christum, tum Ecclesiæ mores, tum statum futurę gloriæ figurasse. S.Th.1.2. q.101. a.2, 3, 4. & q.102. a.2.

1126 In lege veteri pręcepta iudicialia esse. Per quæ Iudaico populo determinabantur iustitiæ inter homines obseruandæ. S.Th.1.2.q.99.a.4.

1127 In præceptis iudicialibus veteris legis agi de institutione Principū, ac de eorum officio, & de reuerentia illis exhibēda. S.Thom. 1.2. q. 104. a.4. & q.105.

1128 In præceptis iudicialibus veteris legis agi de pertinentibus ad conciues ad inuicem, nempe de emptionibus, venditionibus, iudicijs, pœnis. S.Th. 1.2. q.104. a.4. & q.105.a.2

1129 In præceptis iudicialibus veteris legis agi de modo se habendi circa extraneos, de bellis cōtra hostes, de susceptione peregrinorum, & aduenarū. S.Th. 1.2. q.104. a.4. & q.105.a.3.

1130 In pręceptis iudicialibus veteris legis agi de modo domesticæ conuersationis; de seruis, vxoribus, filijs. S.Th. 1.2.q. 104.a.4.& q.105.a.4.

1131 Post Christi aduētum, & Euangelij promulgationem, iudicialia veteris legis præcepta vim obligandi nō habuisse: mutato iam per Christi aduentum Israelitici populi statu, qui ordinabatur ad Christum: ad quem statum disponendum iudicialia præcepta fuerāt instituta. S.Th. 1.2. q.104. a.3.

1132 Post Euāgelij promulgationem iudicialia veteris legis præcepta li-

citè seruari posse: modo eorum obseruatio, nō ad figurādum, sed ad aliquid fiendum ordinetur. S.Th. 1.2.q.104.a.3. & 2.2. q. 87.a.1.

1133 Legem veterem Testamentum esse: quatenus promissioné de Christo venturo continet Christi morte firmatam veteribus sacrificijs figurata. S.Th.3.p.q.28.a.3.ad 3.

De Lege Euangelica.

1134 Legem nouā esse gratiam, & spiritum Dei in cordibus inditum. d.2. n.42. & d.3.n.9,10. S.Th. 1.2.q.106.a.1.

1135 Habere legē nouam quædam quasi secundaria ad fidelium instructionem, verbis tradita, & scriptis consignata circa & credenda, & agēda: quæ sunt quasi quædam ad Spiritus sancti gratiam dispositio. d 4. & 7 per totum. S.Th.1.2.q.106.a.1,2.

1136 Legem nouam iustificare ratione gratiæ Spiritus sācti interius datæ. d.2.n.42. & d.3.n.9,10.

1137 Legem nouam, quæ principaliter est Gratia Spiritus sancti, dari abundanter non debuisse à mundi principio, antequam impedimētum peccati ab humano genere tolleretur, consummata redemptione per Christum. S.Th.1.2.q.106.a.3.

1138 Statum nouæ legis vsque ad finem mundi duraturum: nec alium statum habiturum, præter statum felicitatis æternæ. est enim status gratiæ, quæ est finis viæ. S. Th. 1.2. q.106.a.4.

1139 Legem nouam non esse à lege veteri diuersam; quatenus idem est vtriusque finis, Christus, & Gratia. S.Th.1.2.q.107. a.1.

1140 Legem nouam esse à lege veteri distinctam: quatenus hæc est lex amoris, illa timoris; hæc æterna, illa temporalia promittebat; illa vmbra erat futurorum, hæc ipsam veritatem continet. S.Th.1.2. q.107.a.1.

1141 A lege noua legem veterem perfici, ac impleri: quatenus lex noua exhibet, quæ lex vetus figurabat, & promittebat. S.Th.1.2.q.107.a 2.

1142 Legem nouam in lege veteri contineri, ſicut effectus in cauſa, ſicut cōplementum in completo, vt fructus in ſpica. S.Th. 1.2.q.107.a.3.

1143 Legem nouā eſſe lege veteri faciliorē: quatenus dat gratiam, & habet ad virtutum opera auxilia plura. S.Th. 1.2. q.107.a.4.

1144 Congruum eſſe ad gratiam inducendam, & conſeruandam eſſe in lege noua præcepta circa actus exteriores. d.4. fere per totam, S.Th. 1.2. q.108.a.1,2.

1145 Congruum fuiſſe ad gratiæ conſeruationem, & ad veram intelligentiam Decalogi; à Chriſto Domino in lege noua, pręcepta tradi circa actus interiores. S.Th. 1.2. q. 108.a.3.

1146 Congruum fuiſſe ad melius, & expeditius finem ſalutis conſequendum, à Chriſto Domino in lege noua, ſupra pręcepta addi, proponiq; conſilia. S.Th.1.2.q.108. a.4.

1147 Tria eſſe, in quibus Religionis ſtatus fundatur, conſilia; Paupertas Voluntaria, Cælibatus, Obedientia. Quæ præcipua conſilia ſunt; valētq; ad remouendum affectū à tribus mundi bonis, à diuitijs, à delitijs carnis, ab honoribus, & propria voluntate; quæ impedimenta maxima ingerunt perfectioni. S.Th. 1.2.q.108. a.4.

1148 Legem nouam Teſtamentum eſſe: quatenus æternæ hæreditatis promiſsionē cōtinet Chriſti morte firmatam. S.Th. 3.p.q.78.a.3.ad 3.

De operum bonitate, ac malitia.

1149 Actionum humanarum bonitatem moralem, conformitatem eſſe

neque bonum, neque malum moraliter sit. Bonum enim est, si obiectum, & omnes circumstantiæ bonæ sint; malum, si obiectũ, aut aliqua circumstãtia sit mala, aut si fine careat bono, ad quem homo actiones omnes referre debet. S. Th. 1.2. q. 18. a. 9.

1160 Bonitatem volũtatis à lege æterna dependere. d. 6. n. 28. S. Th. 1. 2. q. 19. a. 4.

1161 Proponi nobis legem æternam per rationem. seu, Rationis lumen legis æternæ participationem esse. d. 6. n. 27. S. Th. 1. 2. q. 19. a. 4.

1162 Voluntatem malam esse, quæ discordat à ratione, quæ illi proponit aliquid vt malum, etiam si bonum illud sit. Regula enim voluntatis est Ratio. d. 6. n. 103. S. Th. 1. 2. q. 19. a. 5.

1163 Volũtatem malam esse, quæ concordat cum ratione, quæ illi proponit aliquid vt bonum, quod malum est: si errorẽ illum rationis, seu ignorãtiam, tollere voluntas potest, ac debet. d. 6. n. 8, 9, 10. S. Th. 1. 2. q. 6. a. 8. & q. 19. a. 6.

1164 Voluntatem humanam non esse bonam, quæ voluntati diuinæ nõ conformatur: vt id velit, id nolit; quod diuina voluntas vult eam velle, vel nolle. d. 6. n. 28. S. Th. 1. 2. q. 19. a. 9, 10.

1165 Volũtatem operis boni bonam esse participatione bonitatis, quæ est in opere bono: etiam si opus bonum non sequatur propter impedimentũ inuoluntarium. S. Th. 1. 2. q. 20. a. 4

1166 Voluntatis actũ meliorem, vel peiorem esse ex maiore duratione. S. Th. 1. 2. q. 20. a. 4.

1167 Voluntatis actũ meliorem, vel peiorem esse ex maiore intẽtione, atque conatu, quo formatur. S. Th. 1. 2. q. 20. a. 4.

1168 Volũtatis actum meliorem, vel peiorem esse ex numero, seu multiplicatione sui, ac replicatione. S. Th. 1. 2. q. 20. a. 4.

1169

2.2.q.123.a.10.

1188 Iram aliquã malam esse. d.13.n.52. S.Th. 2.2.q.158.

1189 Prosecutionẽ aliquã bonã esse.d.12,& 13.

1190 Prosecutionem aliquam malam esse. d. 12,13.

1191 Fugam,seu auersionem aliquam animi bonam esse. d.12,13.

1192 Fugam,seu auersionem aliquã animi malam esse. d.12,13.

De Peccatis.

1193 Esse Peccatum. id est,actum humanũ malum, seu non conformem Rationi. d.6. n.30, 156. S.Th. 1.2.q.71.a.6.

1194 Esse peccatum originalem. ideſt, Priuationem gratię,ac originalis iustitiæ:in qua,si Adam non peccasset,eius posteri nascerẽtur.d.2.n.36.S.Th. 1.p. q.100.& 1.2. q.82. a.1,3.

1195 Esse peccatũ virtuale opus ipsum malum cum existentia, non quidem reali,sed morali.d.6. n.160.

1196 Nullum malum peccato maius. quia tollit summum bonum Deum, quatenus auertit affectum ab illo.S.Th.1.2.q.71.

1197 Peccatum omissionis esse, cum non exercetur opus aliquod, quod exerceri potest,& debet. d.6.n.155.S.Th.1.2.q.71. a.5. & q.72. a.6. & 2.2. q.79.a.3.

1198 Aliqua peccata esse mortalia. quia auertunt ab vltimo fine, nempe Deo, cui per charitatẽ vnimur. d.6 n.163, 165. S.Th.1.2.q.72.a.5 & q.88. a.2.

1199 Sola illa esse mortalia, quæ diuinũ Ius lædunt, quatenus contra aliquod Dei præceptum sunt d 9.n.33,42.

1200 Aliqua peccata esse venialia. quæ licet nõ habeant conformitatem cum recta ratione, & ad vltimum finem non ordinentur; non tamen auertunt ab vltimo fine. d.6. n.164.166.S.Th.1.2.q.72. a.5.

1212

1212 Esse vnum peccatum maius alio: pro ut per vnum peccatũ magis receditur à recta ratione, quã per aliud. S.Th.1.2.q.73.a.2.

1213 Secundum diuersitatem obiectorum attendi diuersitatem grauitatis in peccatis. S.Thom. 1.2.q.73.a.3,4,6.

1214 Eò peccata grauiora, vel leuiora esse, quò minus, vel plus habent de voluntario. S.Th.1.2.q.73.a.6.

1215 Solere peccatum per circumstantiam aggrauari. S.Th.1.2.q.73.a.7.

1216 Solere peccatum aggrauari ex maiore nocumẽto, quod causat. S.Th. 1.2.q 73.a.8

1217 Eò peccatum esse grauius, quò persona dignior læditur, aut magis coniuncta. S.Th.1.2.q.73.a.9.

1218 Tantò maius peccatum esse, quantò maior, qui peccat, habetur. S.Th. 1.2.q.73.a.10.

1219 Opera mala non esse stabilia. Matt.7.25.

1220 Vti alterius peccato ad bonum, licitũ esse. quãuis nullo modo liceat alterum inducere ad peccãdum. S.Th.2.2.q.78.a.4.

1221 A malis operibus abstinendum. S.Thom.2.2.q.79.a.1.

De subiecto peccati.

1222 Peccatum esse in volũtate, sicut in subiecto. est enim voluntas principium actuum voluntariorum. S.Th.1.2.q.74.a 1.

1223 Peccatum esse in omnibus animę potentijs, in quibus sunt actus mali, qui pendent à voluntate peccante. S.Th.1.2.q.74.a.2,3,4,5.

1224 Peccatum originale esse in anima, vt in subiecto: esse in semine corporali, sicut in causa instrumentali: esse in carne, secũdum pœnam, quę ab ipso processit. S.Thom. 1.2.q.83.a.1,2.

1225 Neminem in hac vita sine Dei priuilegio absque peccato esse. Trid. sess.6.c.11.

De

De causa peccati.

1226 Peccati causam esse voluntatem: quatenus sine adhibitione regulæ rationis, vel legis diuinæ, operatur. d.6. n.27. 28. S.Th.1.2.q.75.a.1,2,3, & q.80.a.1.

1227 Esse peccatū delectationis morosæ, cū ratio potens reprimere illicitæ delectationis motū, nihilominus circa illum immoratur, & illum non expellit. S.Th. 1.2. q.74. a.6.

1228 Delectationem voluntariam de actu illicito esse peccatum. S.Th. 1.2.q.74. a.7,8.

1229 Causam motiuā ad peccandum esse apprehensionem sensus, & appetitum sensitiuum inclinanté ad obiectum, quod est contra rationem. S.Th.1.2.q.75.a.2.3. & q.77.a.1.

1230 Obiecta externa, quæ non sunt conformia rationi; quatenus mouent apprehensionem, & appetitum sensitiuum; esse causam motiuam peccati. S.Th.1.2.q.75.a.3.& q.77.a.5.

1231 Vnum peccatum posse aliud peccatum causare. vel remouendo impedimenta ad peccatum, vel disponendo, vel proponendo motiuum. S.Th. 1.2.q.75.a.4.

1232 Sæpe hominem à passionum vehementia impediri, ne recte agat secundum scientiam rationis. S.Th.1.2. q.77.a.2.

1233 Passiones minuere peccatum, cum causa illius sunt, trahentes rationem ad illud. Quia tunc minuūt libertatem. S.Th. 1.2.q.77.a.6.

1234 Pasiones nō minuere peccatum, cum ad illud consecuntur. d.6.n. 10,11. S.Th.1.2.q.77.a.6.

1235 Pasiones excusare à peccato; cum sine hominis culpa totaliter auferunt vsum rationis. d.6. n.8. S.Th. 1.2.q.77. a.7.& a.8. ad 3.

1236 Peccatum, quod est ex pasione, posse esse mortale. nempe cum ratio

tio posset excludere, vel impedire pasŝionem. d.6 n. 10, 11. S.Th. 1.2. q.77. a.8.

1237 Esse peccatum ex certa malitia, seu industria: cum quis sciēter elligit bono spirituali priuari, vt bono temporali potiatur. S.Th. 1.2.q.78. a.1, 2, 3.& 2.2.q.14 a.1.

1238 Peccatum ex certa malitia, grauius esse peccato, quod est ex passione. S.Th. 1.2.q.78.a.4.

1239 Inordinatū amorem sui esse principium omnis peccati. S.Th. 1.2. q.77.a.4.

1240 Ex amore rerum temporalium omnia peccata procedere. S.Th. 1.2. q.84.a.1.

1241 Cupiditatem diuitiarum, esse radicē peccatorum. S.Th. 1 2.q 84. a.1.

1242 Ex Superbia, id est, ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ, peccata procedere. quatenus in omnibus temporalibus bonis acquirendis finem habet homo propriam perfectionem, & excellentiam. S.Th. 1.2. q.84.a.2.

1243 Ex Superbia, id est, ex auersione à diuina voluntate, peccata procedere. d.6. n.28. S.Th. 1.2. q.84.a.2.& 2.2.q 162.a.7.

1244 Plurium peccatorum causam Iram esse. S.Th. 1.2.q.84.a.4.

1245 Plurium peccatorum causam luxuriam esse. S.Th. 1.2.q.84.a.4.

1246 Illecebram esse mulierem ad malum. Prou.5.3.

1247 Plurium peccatorum causam Gulam esse. S.Th. 1.2.q 84.a.4.& 2.2.q. 148.a.6.

1248 Plurium peccatorum causam esse Inuidiā. S.Th. 1 2.q 84.a.4.

1249 Plurium peccatorum causam esse Acediam. S.Th. 1.2 q.84.a.4.

1250 Ignorantiam excusare, ac non esse peccatum, cum omnino voluntatem tollit male agendi. d.6.n.8, 9. S.Th. 1.2.q.76. a.2, 3, 4. & 2.2. q.150.a.4. & in Add.q.2.a.3 ad 3.

posteros, tanquam ex capite ad membra deriuari. d.2. à n.35. & d.6.nu.157. S.Th.1.2.q.81.a.1.

1263 Peccata actualia proximorum parentum ad posteros non traduci. S.Th.1.2.q.81.a.2,4.

De Peccati effectibus.

1264 Iniuriam inferri Deo, lædiq; Ius diuinum per peccatum. d.9. n.33, 42.

1265 Peccatum è Paradiso terrestri Adamum eiecisse. d.2. à n.35.

1266 Amitti per mortale peccatum vitam gratiæ. d.6.n.163.

1267 Amitti per peccatum mortale ornamenta virtutum infusarum. d.6.n.163.

1268 Per peccatum diminui naturæ bonum; quod est inclinatio, quam homo habet quatenus rationalis est, ad virtutem. d.2. n.36. S.Th. 1.2.q.85. a.1,2.

1269 Inductum esse, ac induci per peccatum ignorantiam in naturam nostram: quatenus hebetatur per peccatũ ratio, præsertim in agendis. d.2. nu.36. S.Th. 1.p.q.101. a.1. ad 2.& 1.2.q.85.a.3.

1270 Inductam esse, ac induci per peccatum malitiam. quatenus voluntas perturbatur in ordine, quem habet ad bonum, & induratur. d.2 n.36. S.Th. 1.2.q 85.a.3.

1271 In naturam humanam per peccatum infirmitatem induci. quatenus potentia irascibilis perturbatur in ordine, quem habet ad arduum, & bene agẽdi difficultas augetur. d.2.nu.36. S.Th. 1.2.q.85. a.3.

1272 Per peccatum accipere vulnus nostrã concupiscẽtiam. quatenus destituitur ordine, quem habet ad delectabile moderatum, & delectabilis desiderio magis inflãmatur. d.2.nu.36. S.Th.1.2.q 85. a.3.

1273 Per peccatum inductam esse mortem in

De Pœnis.

ce-

ceteri à peccando deterreantur. S. Th. 1.2. q.87. a.3,8.

1286 Infligi pœnas iniustis, vt diuina iustitia manifestetur. d.2.num.50. S.Th.1.2.q.87.a.3.

1287 Non eadem pœna temporali impios puniri. Luc.13.2.

1288 Cessante actu peccati, remanere adhuc debitum pœnæ. dist.2. n.50. S.Th.1.2.q.87.a.6.

1289 Aliquas pœnas nõ esse veras pœnas: nempe quas Deus non pro peccatis infligit, sed ad finem aliquem bonum. S. Thom. 1.2. q.87.a.7, 8. & 2.2. q. 108.a.4.

1290 Cõtingere interdum vnum pro peccato alterius puniri. quia ad ipsũ peccãtem spectat vt quid illius; vt filius est quid patris, & ciuis pars est communitatis. S. Th.2.2.q.108. a.4.

1291 Esse pœnas cum virtute sustinendas. Trid. sess. 14.c.8,9.

1292 Esse quemque debere paratum ad mortem. Matth.24.à num.42.

1293 Congruum esse à male agendo pœnarum comminatione deterrere. d.6.à n.50.

1294 Licitum non esse pœnas vanè, aut immerenti comminari. d.6.à n.50.

De Merito, ac Præmio bonorum operum.

1295 Opera bona suum valorem, & meriti rationem habere. dist.6.à n.39. S.Th.1.2.q.21.a.3,4.

1296 Opera mala demeriti rationem habere. d.6. n.50. S.Th. 1.2.q.21. a.3,4.

1297 Actus volũtarios bonos, esse laude dignos. d.6. n.36. S.Th.1.2. q.21. a.2.

1298 Actus volũtarios malos, esse culpabiles, seu vituperatione dignos. d 6. n.37. S.Th.1.2.q.21.a.2.

1299 Posse hominem aliquid à Deo mereri. d.2. à nu.44. S.Th.1.2.q.114. a.1.

1312 Remotionē impedimentorum ad æternā beatitudinem consequendam esse solere præmium actionum rectarum. d 6. n.46.S.Th. 1.2. q.69.a 4.

1313 Non decere pro bonis operibus, æternam mercedem non curando, quærere mercedem temporalem. Matt.6.1.

1314 Vel solam intentionem operis bonam nō sine mercede futuram. Mar. 12.à n.42.

DE FIDE.

Fides Christiana est habitus inclinans ad assensum præbendum doctrinæ reuelatæ ob auctoritatem Dei reuelantis. quamquam autem neque de rebus reuelatis, neque de reuelatione diuina euidentiam per fidem Christianam habemus: habemus tamen signa, & argumenta euidentiam nobis facientia, quod credibile sit reuelationem de rebus illis diuinam esse. Hoc posito, considerare oportet de Christiana Fide illius rationem, necessitatem, principium, obscuritatem, veritatem, signa, subiectum, peccata contraria.

De ratione Fidei.

1315 Fidem humanā esse: quæ humanæ nititur auctoritati. d. 7.n.1.

1316 Fidem diuinam esse.d.7.n 2,3,4.S.Th.2.2. q.2.a.1.

1317 Fidei motiuum esse Auctoritatem diuinam, & verbum Dei. seu, Obiectum formale fidei esse primam veritatem. d.7.n.2. S.Th.2.2 q.1.a.1. & q 4.a.1.

1318 Principale, quod per fidē christianam credimus, esse Deum. d.7. n.3.S.Th.2.2 q.1.& 4

nit

nit Ecclesia. S. Th. 2.2. q. 4. a. 6.

1330 Fidem esse primam inter virtutes. quatenus proponendo intellectui bonum summum, ac supernaturale, est principium virtutum aliarum. S. Th. 2.2. q. 4. a. 7.

1331 Fontem esse Fidem, ac principium salutis. d. 7. n. 3.

1332 Fidem esse principium, ex quo oritur timor salutaris tum seruilis, tum filialis. d. 7. n. 3. S. Th. 2.2. q. 7. a. 1.

1333 Spei principium, ac fundamentum esse Fidem. d. 7. n. 3. & d. 8. n. 13. S. Th. 2.2. q. 4. a. 1.

1334 Ex fide, tanquam ex primo principio, cordis purificationem oriri. d. 7. n. 3. S. Th. 2.2. q. 7. a. 2.

1335 Fundamẽtum, ac principium esse fidẽ plurimorum bonorum. d. 7. n. 3. S. Th. 2.2. q. 3. a. 1. a d 3.

1336 Principium esse fidem operum bonorum. d. 7. n. 45.

1337 Esse actum fidei magni valoris, ac meriti. S. Th. 2.2. q. 2. a. 9, 10.

1338 Esse Fidem magni faciendam, & custodiendam. d. 7. n. 3.

1339 Fidem Christianam; & Ecclesiæ propositionem, seu doctrinam; & Dictum, seu verbum Dei quatenus stat sub reuelatione; idem esse. d. 7. nu. 20, 21.

1340 Actum esse fidei, exteriorem fidei confessionem. d. 7. n. 49. S. Th. 2. 2. q. 3. a. 1

1341 Confessionem, ac protestationẽ fidei esse posse omnẽ virtutis actum si referatur ad profitẽdum quod Deus illum à nobis requirit, & est remunerator illius. S. Th. 2.2. q. 124. a. 5.

De Fidei necessitate.

1342 Esse fidem necessariam ad salutem. d. 7. à n. 3. S. Th. 2.2. q. 2. a. 3.

1343 Solam, ac sine operibus fidem, non esse satis ad salutem. d. 7. n. 46. & d. 8. n. 19, 20.

1344

De Fidei Causa, & Proponente.

1356 Ecclesiæ propositionem, ad fidem pertinentem, esse Scripturam sacram. d.7.n.13,14.

1357 Ecclesiæ propositionem esse, Apostolicam traditionem. d.7.n.15.

1358 Ecclesiæ propositionem esse, ad fidem pertinentem, decreta sacrorum Conciliorum de credendis. Ita enim sunt semper habita ab ipsa Ecclesia. d.7.n.12,15.

1359 Ecclesiæ propositionem esse ad fidem attinentem, doctrinam, quam Summi Pontifices vt Pontifices tradunt de credendis, & agendis. dist. 7. n.12.

1360 Ecclesiæ propositionem esse doctrinam, quam vnanimi consensu Ecclesiæ Patres, siue Doctores, tradunt. d 7.n.11.

1361 Necessarias nobis esse Scripturas sacras. d.7. n.17.

1362 Non omnem fidei doctrinam esse in scripturis sacris. d.7.n.13.

De Fidei obscuritate.

1363 Fidem esse de ijs, quæ non videntur. Neque enim, quæ Deus reuelat, neque diuinum dictum videtur à nobis. d.7.n.4,21, 41. S.Th.2.2.q.1.a.4.

1364 Fidem, quatenus fides est, non esse de ijs, quæ sciuntur. d.7. n.4.21, 41. S.Th.2.2.q.1.a.5

1365 Signa, quibus vtitur Deus ad fidei mysteria reuelanda; nempe cognitionē, quam infundit, & verba externa; non repræsentare ipsa mysteria vt sunt. S.Dion. de cæl. & eccl Hier. & lib. de Diuin. Nom

1366 Scripturam sacrâ esse obscuram. Patres.

De Fidei veritate.

1367 Diuinum dictum esse summè verum. dist.7. n.20.

1368 Fidem Christianam certissimâ, & infallibilem esse. Nititur enim verbo

De Fidei Christianae signis, & argumentis.

1382 Signum veritatis esse: Quod Christiana mysteria cum diuina potentia, bonitate, sapientia mirè consentiunt. dist.7. n.28.

1383 Magnum fidei christianæ testimoniũ esse nobilitatem Motiui; quod est dictum Dei. d.7.n.29.

1384 Magnum fidei christianæ testimoniũ esse Miracula omni exceptione maiora; quæ in eius cõfirmationem patrata. d.7. nu.30. S.Th. 2.2. q.2. a.9. ad 3.

1385 Magnum christianæ fidei testimonium esse Prophetias; quibus multis ante seculis christiana mysteria prædicta sunt.d.7.n.31.

1386 Signum veritatis esse Iucunditatem, ac mẽtis quietem, quam secum afferre solet actus fidei. d.7.n.32.

1387 Signum veritatis esse præstãtiam, quam supra humanos actus habet actus fidei.d.7.n.33

1388 Signum auctoritatis infallibilis in Ecclesia fidem proponente esse, ipsius Ecclesiæ omnibus seculis consensionem in catholica doctrina tradẽda.d.7.n.34.

1389 Testimoniũ veritatis in doctrina fidei esse, Magistrorum sanctitatem.d.7.n.35,36.

1390 Testimoniũ veritatis esse in doctrina fidei, Magistrorum in docẽdo miram constantiam. d.7.n.36.

1391 Testimoniũ veritatis esse in fidei doctrina, Magistrorum in docendo efficacitatẽ. d.7.n.36.

1392 Testimonium veritatis esse in fidei doctrina, præstantissimos, ac innumerabiles viros; qui pro fidei veritate tuenda omnia incommodorũ genera, & mortem ipsam perpessi sunt.d.7.n.36.

1393 Signum esse veritatis in christiana fide, Ecclesiæ nascentis incrementa.d.7.n.36.

1394 Signum esse christianam fidem esse à Deo, ipsius fidei, ac Ecclesiæ, toto mundo obsistente, perseue-

De subiecto Fidei.

esse

esse supernaturalis: nec sciri sine Dei reuelatione poterat visio beatifica futura. d.7.n.3. S.Th.2.2.q.5.a.1.

1406 Fidem fuisse in Adamo ante lapsum in peccatum. d.7. n.3. S.Th. 2.2.q.5.a.1.

1407 Fidem esse in Dęmonibus, sed coactam ex euidentia signorum. d.7. n.23. S.Th.2.2.q.5.a.2. & 3.p.q.76 a.7.

1408 Non esse veram fidem in eo, qui vel vnum tātum articulum fidei excludit cum pertinacia. Recedit enim à formali ratione credendi, quæ est diuinum dictum; quæ vna, eademque est in omnibus fidei articulis. dist.7.n.8. S.Th.2.2.q.5.a.3.

1409 Posse fidem maiorem esse in vno, quā in alio. quatenus magis explicitè credit vnus, quàm alius; vel certius, vel deuotius. d.7.n.5,6,7.S.Th.2.2. q.5.a.4

1410 Esse ad recipiendam fidem impedimentū, amorem inordinatum tēporalium. Matt.13.22.

1411 Ad recipiendam fidem, animi docilitatem requiri. S.Th.2.2.q.10.a.1. ad 3.

1412 Ad recipiendam fidem cordis simplicitatē prodesse. Isa.57.15. Sap.1.1,2.

1413 In fidei mysterijs percipiendis abstrahendā esse mentem a modo sensibili, & carnali Io.6.64.

De vitijs Fidei contrarijs.

1414 Esse plurimos sine vera fide. dist 7. nu.49. S.Th.2.2.q.10.a.1.

1415 Peccatum Infidelitatis esse, veram fidem nolle recipere. d.7.nu.49. S.Th.2.2.q.10.a.1,3,5.

1416 Non omnia infidelium opera esse peccata. S.Th.2.2.q.10 a.4

1417 Inordinatam de fide disputationem, non esse licitam. S.Thom.2.2. q.10.a.7.

1418 Disputationes de fide, cum necessitas, aut vtilitas postulat; vtiles esse.

quod

quod intelliguntur alia. S.Th.2.2.q.15.a.1.

1434 Cæcitatem mentis in multis esse: Auersionem à consideratione alicuius intelligibilis, per quod alia intelliguntur: quam auersionem causat occupatio mentis circa alia, quæ magis diligit. S.Th.2.2.q.15.a.1.

1435 Hebetudinē sensus in multis esse. Quatenus carnalibus delectatio nibus intenti, redduntur debiles ad intelligibilia cognoscenda. S.Th.2.2.q.15.a.2,3.

1436 Recipiendos esse in Ecclesia infideles ad fidem reuertentes. S.Th.2.2.q.11.a.4.

1437 Licere Ecclesiæ pœnas infligere ijs, qui fide suscepta ab ea recesserunt. S.Th.2.2.q.11.a.4.& q.12.a.2.

DE SPE.

Speramus Spe Christiana vitam æternam per diuinam gratiam, & per opera bona consequendam. Propositiones erunt de ipsa Spei ratione; de mediis ad vitam æternam consequendam; de vitiis Spei contrariis, ad ea vitanda.

De ratione Spei Christianæ.

1438 Spem esse Christianam: qua speramus cōsecutionem æternæ felicitatis. d.8.nu.7. S.Th.2.2. q.17.a.1,2.

1439 Spem Christianā esse etiam de ijs, quæ media sunt ad æternam felicitatem consequendam. d.8. n.7. S.Th. 2.2. q. 17. a.2.

1440 Extendi spem Christianam ad vitā æternam, & ad media ad illā, etiam alijs speranda. d.8. n.7. S.Th.2.2.q.17.a.3.

1441 Spei Christianæ

ma. S.Thom. 1.2. quæst. 12, 26.

1455 Excitari amorē, ac desiderium erga ęterna bona propositione pręstātiæ, quam habent; & commodorum, ac iucunditatum, quæ secum ferunt. Arist. 1. Rhet. c. 6, 7, 9, 11. & l. 2. c. 4, 7.

1456 Amorem circa sensibilia, qui à recta ratione diuertitur, esse frænandum. S. Th. 1. 2. q. 26.

1457 Frænari amorem, & concupiscentiam temporalium consideratione imperfectionis, incommodorum, tristitiæ; quæ sunt temporalibus annexa. Instr. 16. c. 6. par. 5. §. 1.

1458 Excitandum esse odium circa ea, quæ auertunt à summo bono. S. Th. 1. 2. q. 29.

1459 Excitandum esse verorum bonorum desiderium. S. Th. 1. 2. q. 30.

1460 Frænandam esse cupiditatem erga bona, quæ diuertunt à summo bono. S. Th. 2. 2. q. 30. a. 4.

1461 Delectationes rationi congruentes esse cōsectandas. S. Th. 1. 2. q. 34.

1462 Delectationes sensibiles esse frēnādas. S. Th. 1. 2. q. 1. a. 5. ad 3. & q. 34. a. 1.

1463 Tristitiam, quæ conformis est rectę rationi, excitandam esse. S. Th. 1. 2. q. 35, 39, 59.

1464 Excitari dolorem de peccatis cōsideratione malorum, quorū sunt causa peccata. Arist. 2. Rhet. c. 6.

1465 Excitari tristitiā de Christi doloribus, consideratione magnitudinis, & acerbitatis. Arist. 2. Rhet. c. 8.

1466 Tristitiam, quæ non est conformis rectæ rationi, frænandam esse. S. Th. 1. 2. q. 35.

1467 Tristitiam in tribulationibus frænari commemoratione bonorum, quæ ex patientia oriūtur, quæque speramus in cęlo; commemoratione acerborum, quę Christus, ac Sancti, perpessi sunt; spe futuræ consolationis. Instr. 16. c. 6. p. 5. §. 5, 9.

1468 Timorem malum

frænandum esse. Talis est timor mundanus, nempe quo à Deo auertimur, ne bona temporalia amittamus. S.Th. 1.2.q.40.& 2.2. q.19.a.2,3.

1469 Licitum esse timorem, quo quis abstinet à peccato, ne æternæ pœnæ malum incurrat: modo absit omnino voluntas peccandi. S.Th 2.2.q.19.a.4.

1470 Excitandum esse timorē filialem: quo quis timet offensam Dei. S.Th. 1.2.q.4.& q.44.a.4.& 2.2. q.19.a.5.

1471 Excitari timorem propositione periculorū. Arist.2.Rhet c.5.

1472 Frænari timorem propositione facultatis, & auxiliorum ad pericula vitanda. Instr.16. c.6. par.5.§.12.

1473 Timorem pœnæ esse principium sapientię: quatenus disponit hominem, vt in eo sapientia incipiat opera salutis operari. S.Th.2.2. q.19.a.7.

1474 Timorem, quo Deum veremur, esse initium sapientiæ: quatenus est primus effectus, quem in homine operatur sapiētia, idest, Cognitio agendorum pro æterna vita consequenda. S.Th.2.2. q. 19.a.7,8.

1475 Excitandum esse in nobis motum spei. d.8. n.31.

1476 Excitari spem memoria diuinarum promissionū, Dei bonitatis, meritorum Christi, diuinorum auxiliorum, quæ sumus experti. d.8. n.31. Arist.2.Rhet.c.5,19.

De vitijs Spei oppositis.

1477 Desperationis actum esse malum, & peccatum. Iniuriam enim facit diuinæ bonitati, & veritati. d.8.n.29. S.Th.2.2. q.20.a.1,2.

1478 Multorum malorum causam nobis esse desperationem. d.8. nu.29. S.Th.2.2.q.20.a.3.

1479 Esse sæpe desperationis originem delectationes sensibiles. quatenus diuertunt mentem à cogi-

tatione ardui, quod est in bonis æternis; & affectum ab eorum prosecutione. S.Th.2.2.q.20.a.4.

1480 Esse sæpe desperationis originem tristitiam, & acediam. quibus deprimitur animus, ne ad ardui prosecutionem se erigat. S.Th.2.2.q.20.a.4.

1481 Desperationis motum frænãdum esse. S.Th. 2.2.q.20.a.1,2.

1482 Frænari desperationis motum spem excitando. dist.8.nu.31. Arist. 2.Rhet. c.5, 19.

1483 Præsumptionem esse, confidere ad bona supernaturalia per vires, & media naturalia posse pertingere. quod non licet confidere. d.8. nu.30. S.Th.2.2.q.21.a.1,2.

1484 Præsumptionem esse, de diuinis auxilijs confidere, quæ Deus dare vel non debet, vel non decreuit. quæ spes licita non est. d.8.n.30. S.Thom.2.2. q.21.a.1,2.

1485 Præsumptionem, quæ spes est, & audacia quædam mala circa bona diuina, frænandam esse. d.8. n.31. S.Th.2.2.q.21. a.2.

1486 Frænari præsumptionis motum consideratione nostræ impotentiæ, & propositione periculorum. d.8.n.31.S.Th.2.2.q. 21.a.3,4.

1487 Præsũptionis originem esse Inanem gloriam, ac Superbiam. S.Th. 2.2.q.21.a.4.

1488 Vanam esse spem impiorũ. d.8 n.14,15,30.

1489 Vana esse, in quibus impij solent confidere. d.8.n.14,15,30.

DE CHARITATE.

Amicitia est Charitas, quæ inter Deum intercedit, & creaturas intellectuales. Considerare oportet eius amicitiæ rationem. ad clariorem autem rationis intelligentiam iuuat considerare, quod sit Charitatis obiectum; quod principium, & causa; qui actus, & effectus; quæ vitia opposita. De his deinceps propositiones erunt.

De ratione Charitatis.

q.23.a.3.ad 3.

1498 Charitatem vnã virtutem esse. quoniam vnum est eius obiectum, diuina bonitas, ratione cuius amantur cetera, quæ charitate amantur: vnũ charitatis fundamentum, beatificæ visionis cõmunicatio. d.9.nu.27,28. S.Th.2.2.q.23.a.5.

1499 Charitatem esse virtutem excellentissimã. versatur enim immediatè circa Deum, & in ipso sistit, sine ordine ad bonum nostrum. d.9.n.27. S.Th. 2.2.q.23.a.6.

1500 Charitatem esse formam virtutum ceterarum. Perficit enim illas vltimatè, referendo ad summum bonum, nempe Deum. S. Thom.2.2.q.23. a.7,8.

1501 Ceteras virtutes sine charitate, imperfectas virtutes esse, nec veras virtutes. S.Thom.2.2. q.23.a.7.

1502 Charitatem esse finem aliarum virtutum. tum quia ceteras virtutes ordinat ad finem suum. tum quia ipsa est vltima perfectio ceterarum virtutum. S.Th 2.2 q.23.a.8. ad 2.

1503 Charitatem esse parentem aliarum virtutum. tum quia dat ceteris virtutibus formam perfectam. tum quia amor in Deum est principium bonorũ actuum, quibus virtutes generantur. S. Th. 2.2.q.23.a.8.ad 3.

1504 Perfectam charitatem esse, cum ab hominis affectu excluditur omne id, quod est charitati contrarium. S.Thom.2.2. q.24.a.8. & q.184.a.2.

1505 Perfectiorẽ charitatem esse, cum ab hominis affectu, non solum excluditur omne id, quod est charitati contrarium: sed etiam omne id, quod impedit ne affectus mentis totaliter dirigatur ad Deum. S.Th 2.2.q.24.a.8. & q.184.a.2.

1506 Perfectissima charitas est, cum affectus secundum omnes suas vires actualiter tendit in Deum, vt contingit in pa-

tria. S.Th.2.2.q.24.a.8.& q.44.a.6. & q.184.a.2.

1507 Non posse diuinā bonitatem tantum à nobis diligi, quantum diligibilis est. S.Th.2.2.q.24.a.8

1508 Per huius vitæ infirmitatē contingere nobis non posse in hac vita, vt actu dilectionis semper feramur in Deum. S. Th. 2.2.q.24.a.8.

1509 Perfectā in proximos charitatem esse, cū ea non solum fertur ad amicos, & notos; sed etiā ad extraneos, & ad inimicos. S.Th. 2.2.q.23.a.1. ad 2.& q.184.a.2.ad 3.

1510 Perfectiorem in proximos charitatem esse secundum intensionem, cum propter illos non solum exteriora bona; sed etiam afflictiones corporales, & mors ipsa contemnitur. S.Th.2.2.q.184.a.2.ad 3.

1511 Perfectissimam in proximos charitatem esse secundum effectum, cum quis pro suis proximis non solum temporalia beneficia, sed etiam spiritualia, & seipsum impendit. S.Th.2.2.q.184.a.2. ad 3.

1511 Augeri posse charitatem in hac vita; fierique potentiorem ad producendam dilectionē feruentiorem. S.Th.2.2.q.24.a.4.

1513 Charitatis augmēto nullum pręfigi terminū in hac vita. S.Thom.2.2.q.24.a.7

1514 Charitatem incipientem esse: quæ nutrienda, & fouenda est, ne à vitijs, & cōcupiscentijs, quę adhuc vigent, corrumpatur. S.Th.2.2.q.24.a.9.

1515 Charitatem proficientem esse: in quam diligenter incumbēdum est vt per augmentum roboretur. S.Th.2.2.q.24.a.9.

1516 Charitatem perfectam esse: quæ principale studiū requirit, vt Deo inhæreat, & eo fruatur. S.Th.2.2.q.24.a.9.

1517 Regulam charitatis esse diuinam Sapientiam. Quæ est supernaturalis illustratio de Dei perfectione, de eius glo-

ria

ria propaganda, de eius voluntate exequenda. d. 6. n. 135. & d. 9. n. 40. S. Th. 2. 2. q. 24. a. 1. ad 2.

1518 Charitatem esse in voluntate. S. Th. 2. 2. q. 24. a. 1.

1519 Charitatis vim, & efficacitatem magnam esse. Cant. 8. 6, 7.

De Obiecto Charitatis.

1520 Rationem formalem obiecti charitatis esse bonitatem, & amorẽ Dei; quo Deus vult nobis intuitiuam sui visionem, & bona diuina. d. 9. n. 27, 28.

1521 Pręcipuum, quod Charitate amatur, esse Deum. d. 9. n. 29.

1522 Amari charitate ceteros homines. Quatenus amātur propter Deũ. d. 9. n. 29. S. Th. 2. 2. q. 25. a. 1.

1523 Amare quemque debere suum proximum sicut seipsum quia vt quisque ex charitate diligit se propter Deum; & se solũ in bonis diligit; & amore se, non concupiscentiæ, sed amicitiæ, diligit: ita diligere debet & proximũ suum. S. Th. 2. 2. q. 44. a. 7.

1524 Amari charitate Charitatem ipsam, & cetera dona Dei. d. 9. n. 29. S. Th. 2. 2. q. 25. a. 2.

1525 Posse creaturas irrationales charitate amari. quatenus eas volumus ad honorem Dei, & ad hominum vtilitatem conseruari. d. 9. n. 29. S. Th. 2. 2. q. 25. a. 3.

1526 Posse quemque seipsum charitate diligere. quatenus est aliquid Dei. d. 9. n. 29. S. Th. 2. 2. q. 19. a. 6. & q. 25. a. 4.

1527 Posse quemque suum corpus charitate diligere. quatenus ordinari potest corpus in seruitium Dei. d. 9. n. 29. S. Th. 2. 2. q. 25. a. 5.

1528 Non debere diligi corpus nostrum. quatenus culpæ infectionem habet, & corruptionem pœnæ. S. Th. 2. 2. q. 25. a. 5.

1529 Amari peccatores ex charitate. quatenus homines sunt beatitudinis ca-

1540

1540 Debere hominē plus ex charitate se ipsum diligere, quam proximum suum. Quatenus potior illi debet esse vnio charitatis cum Deo, quam quodlibet proximi bonum cū illius vnionis detrimento. S.Th. 2.2.q 26.a.4

1541 Esse magis proximum diligendum sēcūdum animæ salutem, quā corpus propriū. est enim magis diligibilis æterna beatitudo in proximo, quā felicitas corporis in nobis, quæ beatitudo quædam est accidentalis. S.Th. 2.2. q.26.a.5.

1542 Esse in proximis diligendis ordinem. vt eò magis quisque diligatur, quò Deo carus est magis. Habet enim amabilitatem eminentiorem. S.Th. 2.2. q.26.a.7, 13.

1543 Esse in proximis diligendis ordinem. vt eò magis quisque diligatur, quò nobis coniunctus est magis. Is enim & intēsius diligi solet, & pluribus rationibus diligi. S.Th. 2.2 q.26.a.6, 7, 8. & q.32.a.9.

1544 Ratione boni eminentioris, esse plus patrem diligendum, quam filium. S.Th. 2.2.q.26.a.9.

1545 Ratione coniunctionis, plus filium diligi, quam patrem. S.Th. 2.2. q.26.a.9

1546 Plus esse per se patrem diligēdum, quam matrem. Habet enim pater excellentiorem rationem principij. S.Th. 2.2. q.26 a.10.

1547 Ratione eminētioris boni, esse plus diligendos parentes, quam vxorem. S.Th. 2.2. q.26. a.11.

1548 Ratione maioris coniunctionis plus diligi posse vxorem, quam parētes. S.Th. 2.2.q.26.a.11.

1549 Ratione eminētioris boni plus esse diligendos benefactores, quā beneficiatos. S.Th 2.2.q. 26.a.12.

1550 Ratione maioris coniunctionis, plus diligi beneficiatos, quam benefactores. S.Th. 2.2. q.26. a.12.

1551 Deum charitate

diligi propter se ipsum. Quia vt vltimus finis diligitur, sine ordine ad aliud: & propter ipsum alia diliguntur. S.Th.2.2. q.27.a.3.

1552 Deum charitate diligi propter se ipsum. Quatenus ratio diligendi Deum, non est aliquid illi superadditum, sed ipsa sua bonitas, & substantia. S.Th.2.2.q.27.a.3.

1553 Deum charitate diligi propter seipsum. Quatenus vt primũ principiũ diligitur omnis bonitatis; à quo omnis bonitas est, cum ipsius bonitas à nullo sit. S.Th.2.2.q.27.a.3.

1554 Deum esse totaliter diligendum. Quia totum, quod ad Deũ pertinet, homo diligere debet. S.Th.2.2.q.27.a.5.

1555 Deum esse totaliter diligendum. Quia Deum ex toto posse diligere debemus, & ad eius amorem ordinare quidquid habemus. S.Th.2.2. q.27.a.5.& q.44 a.4,5.

1556 Deum non posse à nobis totaliter diligi. Quatenus non potest à creaturis tantum diligi, quantum diligibilis est. S.Th. 2.2.q.27.a.5.

1557 Quãtò Deus plus diligitur, tantò esse dilectionẽ meliorem. Quatenus enim Deus est infinite diligibilis, Dei dilectio non habet modum. S.Th. 2.2.q.27.a.6.

1558 Amici dilectionem meliorẽ esse, ad inimici dilectionem comparatam. Quia amicus inimico est melior, & magis coniunctus. S.Thom.2.2. q.27.a.7.

1559 Inimici dilectionem meliorẽ esse, ad amici dilectionem comparatam. Quatenus diligendi inimicum ratio solus est Deus: & quatenus fortiorem se exhibet dilectio, quæ etiam ad inimicos animum extendit. S.Th. 2.2.q.27.a.7.

De principio, & causa Charitatis.

1560 Primum charitatis

tis principium esse Amorem, quo nos ab æterno dilexit Deus. d.9.n.5,32.

1561 Amorem erga se nostrum eximijs à Deo beneficijs excitari. d.9. n.32.

1562 Charitatis infusionem esse per Spiritum sanctum. d.9 n.9, 10, 11. S.Th.2.2.q.24.a.2.3

1563 Conseruari charitatem in nobis diuinorum præceptorum obseruatione.d 9.n.33.

1564 Charitatem semel habitam non posse, nisi per peccatum mortale, amitti. Nullum enim agens est, quod possit charitatem corrumpere, nisi ab eius conseruatione cesset Deus. Non potest autem Deus à charitatis conseruatione cessare donec eum diligimus. Quia non potest non diligere eos, qui ipsum diligunt. S.Th.2,2.q.24.a.11.

1565 Per quodlibet peccatum mortale cõtingere charitatem amitti. Est enim charitas effectus amoris diuini, quo Deus diligentes se diligit. Cessante ergo per peccatum mortale nostra dilectione in Deum; cessat & influxus diuini amoris in nos. d.9 n.33. S.Th. 2.2. q.24. a.11,12.

1566 Contingere charitatem diminui. non alicuius gradus deperditione: sed vel dispositione ad eius corruptionem, quæ fit per peccata venialia; vel cessatione ab operibus charitatis. S.Th.2.2.q.24. a.10.

De effectis, & actibus Charitatis.

1567 Amicitiæ actum esse: Complacere de amico. seu, Velle amicum esse. S.Th.2.2.q.25,a.7.

1568 Charitatis actum esse, Complacere de Deo, ac de bonis diuinis propter Deum. Qui actus voluntas in Deum, & amor est. d.9.n.36. S.Th.2.2.q. 27.a.1,2.

1569 Amicitiæ actum esse Beneuolentiam. Quo actu vult amicus amico bo-

1583 Charitatis actû, effectumve esse Tristitiam de impedimentis diuinæ gloriæ, ac Dei participationis, in nobis, vel in pxi mis nostris, propter Deû. S. Thom. 2.2. q. 28 a. 2

1584 Charitatis actû, effectumq; esse spem diuinorum bonorum propter Deum. d. 9. n. 38.

1585 Charitatis actus, & effecta quædam esse, ausus omnes in diuina gloria, diuinisque bonis procurandis propter Deum. d. 9. n. 38.

1586 Charitatis actum esse, Timorẽ diuinæ offensæ propter Deû. d. 9. n. 42.

1587 Timorem filialẽ crescere charitate crescẽte. quia quò magis Deus diligitur, eò magis eius offensa timetur. S. Th. 2.2. q. 19. a. 10.

1588 Charitatis actum esse, Timorem castum, quo quis propter Deum pęnam timet separationis à Deo. S. Th. 2.2. q. 19. a 6.

1589 Timorem pœnæ minui crescẽte charitate. quia quò magis Deus amatur, eò spes præmij crescit magis. S. Th 2.2 q. 19. a. 10.

1590 Amicitiæ effectû formalem esse nexum, & vnionem animorum: qui est Amor ipse. d. 9. n. 39

1591 Charitatis effectû formalem esse vnionem, vinculumq; perfectum cû Deo. qui est actus ipse charitatis. d. 9. n. 39

1592 Amicitiæ effectû esse, Amico delectabiliter conuiuere. S. Th. 2.2. q. 25. a. 7.

1593 Charitatis effectû esse, Diuinam pręsentiam: quæ per actum contẽplationis habetur. d. 9. n. 39.

1594 Effectum esse amicitiæ, Amico benefacere. S. Th. 2.2. q. 25. a. 7.

1595 Charitatis effectû esse, Diuinæ gloriæ, diuinorumque bonorum procurationem propter Deû. d. 9. n. 38.

1596 Effectum esse charitatis, Conseruationẽ iuris diuini, & obseruationem præceptorû propter Deum. d. 9. n. 42.

1597 Effectum charitatis esse, Bonorum operum exer-

1614 Misericordiæ actũ esse, Sepelire mortuos. S.Th.2.2.q.32.a.2.

1615 Misericordię actũ esse, Pro alijs orare. S.Th. 2.2.q.32.a.2.

1616 Misericordię actũ esse, Docere ignorantes. S.Th.2.2.q.32.a.2.

1617 Misericordię actũ esse, Alios consilio iuuare. S.Th.2.2.q.32.a.2.

1618 Misericordię actũ esse, Consolationem afflictis exhibere. S.Th. 2.2. q.32.a.2.

1619 Misericordię actũ esse remittere offensam. S.Th.2.2.q.32.a.2.

1620 Misericordię actũ esse, Molestias aliorum æquo animo perferre. S.Th.2.2.q.32.a.2.

1621 Spiritualia misericordiæ opera potiora esse operibus misericordiæ corporalibus. S.Th. 2.2.q.32.a.3.

1622 Esse plurimorum bonorum causam eleemosynam. Tob.12.8,9.

1623 Contra charitatẽ esse, eleemosynas de superfluo non largiri. S.Th. 2.2.q.32.a.5.

1624 Contra charitatẽ esse, non opem ferre, si potest, eleemosynis ei, qui necessitate laborat extrema. S.Th.2.2.q.32.a.5.

1625 Consilium esse, non præceptum, extra casum necessitatis, & de nõ superfluis, eleemosynis indigentes iuuare. S.Th.2.2. q.32.a.6.

1626 Non esse licitum eleemosynas de ijs exhibere, quæ quis debet alteri restituere. S.Thom.2.2. q.32.a.7.

1627 Debere in eleemosynas erogari ea, quorum datio, & acceptio est contra legem. ea enim neque licitè retineri, neque ei, qui dedit, restitui licitè possunt. S.Th. 2.2. q. 32. a.7.

1628 Non posse eum, qui est sub alterius potestate, eleemosynas elargiri de ijs, in quibus est superiori subiectus, sine superioris commissione. S.Th. 2.2.q.32.a.8.

1629 Charitatis actum esse Correctionem fraternam.

1639

1639 Esse charitatis effectum in seipsum, velle se integrum in bonitate servare. S.Th. 2.2. q.25. a.7.

1640 Esse charitatis effectum in seipsum, velle sibi bona spiritualia. S.Th. 2.2. q.25.a.7.

1641 Esse charitatis effectum in seipsum, In bonorum spiritualium consecutionem intēdere propter Deum. S.Thom.2.2. q 25.a.7.

1642 Esse charitatis effectum in seipsum, Delectabiliter ad cor propriū redire. S.Thom.2.2.q.25. a.7.

1643 Esse charitatis effectum in seipsum, Pacem secum habere. Quatenus dum summum bonum, quod omnem boni rationem habet, amatur ex toto affectu; non est contrarietas motuum in appetitu. S.Th. 2.2. q.25.a.7. & q.29.a.1,2,3.

1644 Charitatis in Deū effectum esse, Zelum diuinæ gloriæ. Quatenus ex amore in Deū mouemur ad repellendum omne, quod est diuinæ gloriæ cōtrarium. S.Th. 1.2.q.28. a.4

1645 Charitatis effectū in proximos esse, Zelum animarum. quatenus ex amore proximorum mouemur ad repellendum omne id, quod est eorum saluti contrarium. S.Th. 1.2.q.28.a.4.

1646 Charitatis effectū esse, Vindictam, quæ de peccatis sumitur, vt sunt offensa Dei. d.11.n.253.

1647 Charitatis effectū esse sapientiam: quæ donū est Spiritu sancti. S.Th. 2.2.quęst.45.a.4,5.& a.6. ad 2.

De vitiis, & actibus Charitati contrariis.

1648 Peccata charitati contraria esse quæcunque mortalia. Sunt enim contra diuinam voluntatem, eiusq; ius lædūt. d.9.n.42.

1649 Esse impiorum odium iniustum in Deum.

1662 Tristitiam de bono alterius honesto esse laudabilem.cum non quia alter bonum illud habet, sed quia nobis bonũ illud deest;ideo dolemus.quem actum zelum appellant. S.Th.2.2.q.36.a.2.

1663 Accidere malam esse tristitiam, quam Nemesin vocant: cũ dolemus quod bona temporalia viris malis, quasi indignis, tribuantur.Dolendum autem nõ est neque cum respectu ad largitoré Deũ; cuius iusta est eorum bonorum dispositio ad improborum vel correctionem, vel damnationem: neque cũ respectu ad ipsa bona téporalia, quasi magna sint; cum nullius sint momenti, ad æterna bona comparata. S.Thom.2.2. q.36.a.2.

1664 Originem esse inuidiam plurimorũ peccatorum.Multa enim mala fiunt ea tristitia impellente, vel vt ipsa vitetur. S.Th.2.2 q.36.a.4.

1665 Odij, ac inuidiæ effectum esse Gaudiũ de malo proximi. quod contrariũ est charitati. S. Th. 2.2.q.36.a.4.ad 3.

1666 Peccatum esse Discordiam charitati contrarium. d.9.n.53. S.Th. 2.2.q.37.a.1.

1667 Filiã esse Discordiam inanis gloriæ. Quod enim alicuius voluntas in proprio sistat, oriri ex eo solet, quod quis quæ sua sunt, præfert ijs, quæ sunt aliorũ.S.Th.2.2.q.37.a.2.

1668 Esse charitati cõtrariam Contentionem, quæ voluntariè veritatem impugnat. d.9.n.54. S.Th. 2.2.q.38.a.1.

2206 Non licere Episcopo, neque propter imminens vitæ periculum, gregẽ deserere: si ex eius absentia contingeret suarũ ouium salutem periclitari. S. Th. 2. 2. q. 185. a. 5.

De Magnanimitate.

2207 Licere sperare quæcunque licita. S. Th. 2. 2. q. 129. a. 1.

2208 Contemnere honores illicitum esse, si non cures agere, quæ honore sunt digna. S. Thom. 2. 2. q. 129. a. 1. ad 3. & q. 131. a. 1. ad 1.

2209 Contemnere honores licitum esse, ne quid agas contra rationem. S. Th. 2. 2. q. 129. a. 1. ad 3.

2210 Licitum Magnanimitatis actum esse, tendere secundum rationem ad ea, quæ sunt magno honore digna. seu, Licitum esse aggredi magna, quia sunt honesta. dist. 12. nu. 25, 26. S. Th. 2. 2. q. 128, & 129. a. 2.

2211 Licere honores ob finem honestũ appetere, quibus sis dignus. dist. 12. n. 25, 26. S. Th. 2. 2. q. 129. a. 3, 4.

2212 Magnanimi esse alios contemnere, quatenus deficiunt à donis Dei. S. Th. 2. 2. q. 129. a. 3. ad 4.

2213 Licitum esse aggredi ardua ex fiducia, quia adsunt auxilia diuina ad exequẽdum. d. 12. n. 24. S. Th. 2. 2. q. 129. a. 6.

2214 Licitũ esse aggredi ardua ex fiducia, quia ad-

te

te imminente. S.Th.2.2.q. 185.a.1.

2217 Licitum esse, Episcopi opera appetere, non appetendo primatum, & dignitatem: si quis ad ea opera se dignum agnoscat. S.Th.2.2.q.185.a.1.

2228 Non esse licitum, contra Superioris præceptum Prælati officium finaliter recusare. S.Th.2.2. q.185.a.2.

2229 Licitum esse ante Superioris præceptum Prælati officium subterfugere. S.Th.2.2. q.185.a.2. ad 3.

2230 Non esse licitum ad Episcopatus officiũ eligere illum, qui non sit aptus Ecclesiam & instruere, & defendere, & pacifice gubernare. S.Th.2.2.q.185. a.3.

2231 Bonum suum cognoscere, & approbare, non esse peccatum. d.12. n.33. S.Th.2.2. q.132.a.1.

2232 Velle suum opus bonum ab alijs approbari, non esse peccatum. si vel Dei honor, vel proximi vtilitas, vel proprius profectus intendatur. d.12. n.33. S.Thom. 2.2. q.132. a.1.

2233 Inanem gloriam esse, ac peccatum, quærere gloriam de eo, quod non est, aut non est dignũ gloria. d.12.nu.35. S.Th.2.2. q.132.a.1,3.

2234 Inanem gloriam esse, ac peccatũ, apud eos gloriã quęrere, apud quos quærenda non est. d.12. n.33.S.Th.2.2.q.132.a.1,3.

2235 Vanam esse gloriam, ac peccatum, quæ ad Dei honorem, vel ad salutem proximi, vel ad proprium profectum non refertur. Non enim est bonũ per se appetẽdum ab alijs cognosci. d.12.n.33.S.Th. 2.2.q.132.a.3.

2236 Multorum vitiorum originem esse Inanẽ gloriam; Inobedientiæ, iactantiæ, hypocrisis, contẽtionis, pertinaciæ, discordiæ, præsumptionis, nouitatum, & aliorum. S.Th. 2.2.q.132. a 4,5.

2237 Illicitum, ac Pusillanimitatem esse, à magnis, arduisque refugere,

quæ sunt consona rationi: quæ propriam facultatẽ, & excellentiam non excedunt. d.12.n.34,35.S.Th. 2.2. q.133.

De Magnificentia.

2238 Licitum esse Magnificentiæ opera aggredi, secundum regulam rationis.d.11.n.224.& d.12. n.36.S.Th.2.2. q.134.

2239 Congruum magnificorum operum finem esse bonum cõmune.d.11. n.224.S.Thom.2.2.q.134.

2240 Præclarissima magnificentię opera esse,quę finem habent diuinũ cultum.d.11.n.224.S.Th.2.2. q.134.a.2.ad 3.

2241 Indecorum esse, minores sumptus facere, quam opus,personas,& finem decet. d.11. n.230. S.Th.2.2.q.135.a.1.

2242 Indecorum esse, maiores sumptus facere, quam opus, personas, & finem decet. d.11. n.231. S.Th.2.2.q.135.a.2.

De Patientia.

2243 Tristitiam immoderatam Patientia frænari, ne diuertat animum à rectitudine rationis. d.12. n.12.S.Th.2.2.q.136.a.1.

2244 Duritiam esse,nõ patiẽtiam, mala sustinere vt facias mala. d.12.n.12. S.Th.2.2.q.136.a.1.ad 2.

2245 Multorum bonorum radicem esse Patientiã: quatenus remouet impedimẽtum tristitiæ. d.12. n.12. S.Th.2.2.q.136. a.2.

2246 Virtutis Patiẽtiæ causam esse charitatem. Patienter enim tolerantur mala, ne amittatur bonũ, quod diligitur. S.Th.2.2. q.136.a.3.

2247 Expectatę rei dilationem molestiam inferre.S.Th.2.2.q.136.a.5.

2248 Longanimitatem esse illam patientiam, quæ firmat animum cõtra molestiam,quæ percipitur ex rei expectatę dilatione. d.12. n.21. S.Thom. 2.2. q.136 a.5.

2249 Diuturnitatem

actus,

actus, seu tẽporis in opere perficiendo molestiam afferre. d.12.n.15.

2250 Firmari animum Perseuerantia contra molestiam, seu difficultatem, quæ ex diuturnitate actus, seu tẽporis oritur in opere bono perficiendo. d.12. nu.15. S.Thom.2.2.q.137. a.1.

2251 Solere externa impedimẽta tristitiam afferre in opere bono perficiendo. d.12.n.16.

2252 Firmari animum Constantia contra molestiam, quæ ex exterioribus impedimentis oritur in opere bono perficiẽdo. d.12. nu.16. S.Thom. 2.2. q.137.a.3.

2253 Actus esse impatientiæ rationi non congruos. d.12.n.13.

2254 Actum esse rationi non congruum, & incõstantiam, ab incepta actione desistere tædio diuturnitatis. d.12.n.18.

2255 Actum esse rationi non congruum, & mollitiem; ab incepta actione desistere, quia secũ affert incommoda, & non delectat. d.12.n.19. S.Th.2.2. q.138.a.1.

2256 Actũ esse rationi dissonum, & Pertinaciam; in sentiendi, vel agendi proposito perseuerare, cũ nõ oportet, vel plus quàm oportet. d.12.nu.17. S.Th. 2.2.q.138.a.2.

DE TEMPERANTIA.

Primum de Temperantia dicendum in communi: tum de eius generibus, Abstinentia, Sobrietate, Castitate: postremo de virtutibus ei affinibus, Clementia, Mansuetudine, Modestia; simulq; de vitiis contrariis.

De Temperantia in vsu cibi, & venereorum.

quæſt. 141. a.6.

2265 Appetere delicias, illicitum. ſeu, Non licere cauſas delectationis impeditiuas inordinatè refugere, vt laborem, & ſimilia. S.Th.2.2.q.138 a 1.ad 2.

2266 Plurimorum malorum illecebram eſſe delicias. Ierem.31. 22. & 1. Tim.5.6.

2267 Decoram pre alijs apparere Temperātiæ honeſtatem propter turpitudinē mali contrarij. S.Th. 2.2.q.141.a.8

2268 Illicitum eſſe delectationes tactus adeo refugere, vt neceſſaria naturæ prætermitti contingat. d.13.n.12. S.Th.2.2.q.142. a.1.

2269 Licitum eſſe à delectationibus tactus abſtinere, propter muneris alicuius liciti executionem. d.13.n.12.S.Th.2.2.q.142. a.1.

2270 Licitum eſſe à delectationibus tactus abſtinere, vt contemplationi vaces, & rebus diuinis. d.13.n.12. S.Th.2.2.q.142. a.1. & q. 186.a.4.

2271 Licitum eſſe à delectationibus tactus abſtinere ad recuperandã animæ ſanitatem, & ad cupiditatem frænandam. d.13. n.12. S.Th. 2.2.q.142. a.1. & q.187.a.3.

2272 Mortificationem tactus licitam eſſe in vindictam iniuriæ diuinæ, & in ſatisfactionem peccatorũ. d.13.n.12. S.Th.2.2.q.142. a.1.

2273 Mortificationem in tactu licitam eſse, ad cõpatiendum Chriſto, & ad illum imitandum. diſt.13. n.12.S.Th.2.2.q.142.a.1.

2274 Illicitam eſſe delectationum tactus abſtinẽtiam, quæ impedit actus rationis. Suſtentandum enim eſt corpus, vt ratione vtaris. d.13.n.12.S.Thom. 2.2.q.142.a.1.ad 2.

2275 Non licere à delectationibus tactus abſtinere cum alterius iniuria. vt ſi coniux coniugi debitum nollet reddere. d.13. n.12. S.Th.2.2.q.142.a.1. ad 2.

2276 Intẽperantiæ peccatum probroſum eſſe maximè,

DE TEMPERANTIA.

Primum de Temperantia dicendum in communi: tum de eius generibus, Abstinentia, Sobrietate, Castitate: postremo de virtutibus ei affinibus, Clementia, Mansuetudine, Modestia; simulq; de vitiis contrariis.

De Temperantia in vsu cibi, & venereorum.

2257 Concupiscẽtias, & delectationes esse frænandas; quæ auertunt animum à regula rationis. d.13.à n.1. S.Th. 2.2 q.141.

2258 Delectationes spirituales non esse frænãdas. Non enim auertunt animũ à bono rationis. S.Th.2.2. q.141.a.4.ad 4.

2259 Delectationem spiritualem frænandã esse. si animum ab alia potiori, magisque debita retrahere contingat. S.Thom.2.2.q. 141.a.4.ad 4.

2260 Incumbendũ esse præcipuo studio ad concupiscentiam venereorum frænandam.d.13.n.4 S.Th. 2.2.q.141.a.5,7.

2261 Incumbendũ esse præcipuo studio ad gustus delectationes frænandas. d.13.n.4. S.Th.2.2.q.141. a.5,7

2262 Delectabilium regulam esse, vitæ necessitatem. d.13.à n.1. S.Th.2.2. q.141.a.6.

2263 Illicitum esse ijs delectabilibus vti, quæ impedimenta sunt sanitatis, & bonæ habitudinis. d.13. nu.4. S.Th.2.2. q.141.a.6. & q.142 a.1.

2264 Licere ijs etiã delectabilibus moderatè vti, quæ necessaria non sunt: si sint loco, tempori, nobis, & ijs, quibus conuiuimus, conuenientia. S.Thom.2.2.

quæst.

quæst. 141. a. 6.

2265 Appetere delicias, illicitum. seu, Non licere causas delectationis impeditiuas inordinatè refugere, vt laborem, & similia. S. Th. 2. 2. q. 138 a 1. ad 2.

2266 Plurimorum malorum illecebram esse delicias. Ierem. 31. 22. & 1. Tim. 5. 6.

2267 Decoram pre alijs apparere Temperãtiæ honestatem propter turpitudinẽ mali contrarij. S. Th. 2. 2. q. 141. a. 8

2268 Illicitum esse delectationes tactus adeo refugere, vt necessaria naturæ prætermitti contingat. d. 13. n. 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1.

2269 Licitum esse à delectationibus tactus abstinere, propter muneris alicuius liciti executionem. d. 13. n. 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1.

2270 Licitum esse à delectationibus tactus abstinere, vt contemplationi vaces, & rebus diuinis. d. 13. n. 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1. & q. 186. a. 4.

2271 Licitum esse à delectationibus tactus abstinere ad recuperandã animæ sanitatem, & ad cupiditatem frænandam. d. 13. n. 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1. & q. 187. a. 3.

2272 Mortificationem tactus licitam esse in vindictam iniuriæ diuinæ, & in satisfactionem peccatorũ. d. 13. n. 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1.

2273 Mortificationem in tactu licitam esse, ad cõpatiendum Christo, & ad illum imitandum. dist. 13. n. 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1.

2274 Illicitam esse delectationum tactus abstinẽtiam, quæ impedit actus rationis. Sustentandum enim est corpus, vt ratione vtaris. d. 13. n. 12. S. Thom. 2. 2. q. 142. a. 1. ad 2.

2275 Non licere à delectationibus tactus abstinere cum alterius iniuria. vt si coniux coniugi debitum nollet reddere. d. 13. n. 12. S. Th. 2. 2. q. 142. a. 1. ad 2.

2276 Intẽperantiæ peccatum probrosum esse ma-

ximè, & infame. Repugnat enim hominis excellentiæ, quatenus deprimit illum ad communia cum brutis, & contrarium est claritati mentis, ac rationis. d.13.nu.13. S.Th.2.2. q.142.a.4.

2277 Laudabilem passionem esse Verecundiam. est enim rationi consonum timere turpitudinem, ac probrum. d.13.n.9. S.Th. 2.2.q.144.a.1,2.

2278 Contemnenda esse opprobria, quæ propter virtutem inferuntur. S.Th. 2.2.q.144.a.2.ad 1.

2279 Contingere interdum esse de naturę, ac fortunæ defectibus Verecundiam. S.Th.2.2.q.144.a.2. ad 2.

2280 Contingere interdũ esse de bonis operibus Verecundiam. Solēt enim aliqui etiam bona opera vituperare. S.Thom. 2.2. q.144.a.2.ad 3.

2281 Vitiosi hominis esse nõ verecundari. quatenus ea, quę sunt probro digna, non apprehendit vt turpia. S.Th.2.2.q.144.a.4.

2282 Virtuosi hominis esse non verecundari. quatenus non apprehendit vt turpitudinem vt sibi possibilem, aut non facilè vitabilem. S.Th.2.2.q.144.a.4.

2283 Honesta esse, quæ honore digna sunt, & pulchritudinem habent ex ordine rationis. S.Thom.2.2. q.145.a.2.

2284 Honesta bona amorem rationabilem excitare. Sunt enim homini, quatenus homo est, conuenientia. S.Th. 2.2. q.145. a.3.

2285 Amorem excitare sui honestum illud, quod elucet in actionibus Temperantiæ. d.13.n.10. S.Th. 2.2.q.145.a.4.

De Abstinentia.

2286 Actum esse virtutis Abstinentiæ, vsum cibi moderatũ, mentis functionibus congruentis. d.13. n.19.S.Th.2.2.q.146.

2287 Virtutis actũ esse Ieiunium. quatenus & ad luxuriam frænãdam, & ad liberius contemplandum, &

& ad animum humiliandum, & ad satisfaciendum pro peccatis, & ad Christi passiones reuerendum ordinatur. d.13.nu.19. S.Th. 2.2.q.147.a.1,2.

2288 Illicitum esse Ieiunium: quod aut modũ non habet valetudini, mentiq; congruẽtem; aut obest charitati; aut ad finem malum ordinatur. S.Tho.2.2. q.147.a.2.ad 2.

2289 Illicitum esse non vti Ieiunio, ad deletionem, & cohibitionem culpæ, & ad eleuationẽ mentis in spiritualia necessario. S. Th. 2.2.q.147.a.3.

2290 Illicitum esse non vti Ieiunio, quod legitimè vel à cõsuetudine, vel à Superiore præcipitur. S.Th. 2.2.q.147.a.3.

2291 Licitum esse Ieiunia ab Ecclesia pręcepta non seruare: cum rationabilis causa subest, & licet vti Epijcea. d.11.n.134. S.Th. 2.2.q.120, & 147.a.3.ad 2. & a.4.

2292 Conuenientissima esse Ieiunia, quæ præcipiũtur ab Ecclesia. S.Th.2.2. q.147.a.5,6,7,8.

2293 Esse Gulam peccatum d.13.n.21. S.Thom. 2.2.q.148.a.1,2.3.

2294 Illicitum esse pretiosiores cibos appetere, quàm proprio statui conueniant. d.13.n.23. S.Th.2.2. q.148.a.4.

2295 Illicitum esse quęrere cibos nimis accuratè præparatos. dist.13. n.24. S.Thom.2.2.q.148 a.4.

2296 Illicitum esse plus comedere, quàm natura requirat. d.13.n.25. S.Th. 2.2.q.148.a.4.

2297 Illicitum esse non seruare modũ debitum in edendo. d.13.n.26. S.Th. 2.2.q.148.a.4.

2298 Illicitum esse in edendo, tempus debitum non seruare. dist.13. n.27. S.Th.2.2 q.148.a 4.

2299 Multorum vitiorũ illecebram esse Gulæ delectationem. S.Thom.2.2. q.148.a 5.

2300 Gulæ effectũ esse, sensus hebetudinem circa intelligentiam. S.Th. 2.2. q.148.a.6.

2301 Gulæ effectũ esse lęti-

batam

batam ab omni obſcænitate cõſeruare corporis puritatem, & integritatem. d.13 n.19.S.Th.2.2.q.152.

2316 Virginitatem eſſe Matrimonio præferẽdam. Nobilior enim eſt vita cõtemplatiua, quã actiua; & bonum animæ melius, quã corporis bonum. ad illam virginitas, ad hæc minora Matrimonium ordinatur. S.Th.2.2.q.152.a.4.

2317 Poſſe vſum venereorum eſſe ſine vllo peccato: ſi fiat debito modo, & ordine, vt conueniens eſt ad finem generationis humanæ. d.13.n.30.S.Th. 2.2.q.153.a.2.

2318 Luxuriam eſſe peccatum. ordinem enim, & modum rationis excedit circa venerea. diſt. 13. n.30. S. Thom. 2.2. q.153. a.3.

2319 Multorũ peccatorum illecebram eſſe luxuriam. S.Th. 2.2. q.153. a.4.

2320 Effectum eſſe luxuriæ ſolere mentis cæcitatem: qua tollitur intelligentia.d.13.nu.41.S.Tho. 2.2.q.153.a.5.

2321 Effectum eſſe luxuriæ ſolere præcipitationem; quæ conſilij ſubtractionem importat. d.13. n.41. S.Th.2.2. q.153.a.5.

2322 Effectum eſſe luxuriæ ſolere inconſiderationem: quæ aufert Iudicium. d.13.n.41. S.Thom. 2.2.q.153.a.5.

2323 Impediri per luxuriam ſolere præceptum rationis; ne fiat, quod ratio decreuerat eſſe agendum d.13.n.41.S.Th.2.2.q.153. a.5.

2324 Excreſcere per luxuriam amorem ſui. S.Th. 2.2. q.153.a.5.

2325 Habere ex luxuria originem ſolere Odiũ in Deum: quatenus concupitam delectationem prohibet Deus. S.Th. 2.2.q. 153.a.5.

2326 Excreſcere per luxuriam affectũ in præſens ſæculum: in quo quis voluptatibus cupit frui. S.Th.2.2 q.253.a.5.

2327 Effectum eſſe luxuriæ ſolere Deſperationem ſæculi futuri. quia dũ

quis

n.37.S.Th.2.2.q.154.a.11.

2340 Luxuriæ,quæ cõtra naturam eſt, ſpeciale peccatum eſſe Beſtialitatẽ. d.13. nu.38. S.Thom. 2.2. q.154.a.11.

2341 Luxuriæ,quæ cõtra naturam eſt, ſpeciale peccatum eſſe,Sodomiam. d.13. nu.39. S.Thom. 2.2. q.154.a.11.

2342 Alia luxuriæ,quę contra naturam eſt,peccata eſſe.d.13.n.40.S.Thom. 2.2.q.154.a.11.

De Continentia.

2343 Continentiæ laudabilem actum eſſe, Concupiſcentijs prauis reſiſtere.d.13.n.43. S.Thom.2.2. q.155.a.1,2.

2344 Continentiæ generalis eſſe, firmare animũ contra quoſcunque impetus paſsionum illicitos. d.13.nu.44. S.Thom. 2.2. q.155.a.1.

2345 Turpe eſſe,ſinere rationem à vehementibus paſsionibus vinci. d.13. à n.45. S.Th.2.2.q.156. a.1, 2,4.

De Clementia, & Manſuetudine.

2346 Manſuetudinis actum laudabilem eſſe, Iræ modum imponere. d.13. n.50.S.Th.2.2.q.157.

2347 Clementiæ actum laudabilem eſſe, temperare animum in poteſtate vlciſcendi. d.13.n.54. S.Th. 2.2.q 157.

2348 Diſpoſitionẽ eſſe Manſuetudinem ad intelligentiam diuinorũ. S.Th. 2.2.q.157.a.4.

2349 Iram moderatam non eſſe illicitam. diſt.13. n.52.S.Th.2.2.q.158.a.1,2.

2350 Inordinate iraſci peccatum eſſe. d.13.n.52. S.Th.2.2.q.158.a.1,2,3,4.

2351 Vitium eſſe, citò, & ex leui cauſa iraſci. S.Th.2.2.q.158.a.5.

2352 Illicitum eſſe,nimium eſſe in acceptæ iniuriæ memoria retinenda. S.Th.2.2.q.158.a.5.

2353 Illicitum eſſe nimis diuturnum, ac obſtinatum appetitũ vindictæ. S.Th.2.2.q.158.a.5.

De Modestia.

limites sui ingenij, status, & fortunæ se continere; tũ internis, tum externis motibus modum adhibendo. d.13.n.59. S.Th.2.2.q.160.

2369 Humilitatis actũ laudabilem esse, temperare, ac frænare animum, ne immoderatè tendat ad excelsa. d.13.n.67. S.Th.2.2. q.161.a.1.

2370 Humilitatis actum laudabilem esse, Deijcere se ad ima secũdum rectam rationem. d.13.n.67. S.Th. 2.2.q.161.a.1.ad 2.

2371 Humilitatis originem esse Cognitionẽ propriæ vilitatis. d.13.nu.68. S.Th.2.2.q.161.a.2.

2372 Quemlibet hominem secũdum id, quod suũ est, debere se cuilibet proximo subijcere quantum ad id, quod est Dei in illo. S.Th.2.2 q.161.a.3.

2373 Non id requirere humilitatẽ, vt quis id, quod est Dei in seipso, subijciat ei, quod apparet esse Dei in altero. S.Th.2.2.q.161. a.3.

2374 Non id requirere humilitatem, vt quis id, quod est suum in seipso, subijciat ei, quod est hominis in proximo. S.Th.2.2. q.161.a.3.

2375 Posse aliquem putare aliquid esse boni in proximo, quod ipse non habet; vel aliquid esse in se mali, quod in alio non est: atque ita se alteri subijcere per humilitatem. S.Th.2.2.q.161.a.3.

2376 Spiritualis ædificij fundamentum esse humilitatem. quatenus remota superbia, disponit hominem, ac subijcit influxui diuino. S.Th. 2.2. q.161. a.1.ad 2,4.

2377 Ex humilitatis radice, qua frænatur animus ne immoderatè tendat ad excelsa; varios tum internos, tum externos modestiæ actus deriuari: quos humilitatis gradus appellant. S.Th.2.2.q.161.a.6.

2378 Humilitatis actũ esse solere, exterioris abiectionis desiderium. S. Th. 2.2.q.161.a.6 ad 3.

2379 Humilitatis actũ esse solere, propriorũ defectuum confessionem.

S.Th.

S.Th.2.2. q.162. a.4.

2392 Cognitionẽ veritatis excludi à superbia tum speculatiuam, tum affectiuam. Superbus enim neque Deo intellectũ subijcit, neque hominibus, nec potest intelligentiæ saporem experiri. S.Thom.2.2. q.162. a.3. ad 1.

2393 Superbiam omnes virtutes corrumpere. Quatenus omni virtute abutitur ad propriam excellentiã. S.Th.2.2.q.162. a.2. ad 3.

2394 Peccatum maximum esse Superbiam. Habet enim turpissimã auersionem à Deo, quatenus non vult Deo, & eius regulæ subijci. S.Thom.2.2. q.162.a.5,6,7.

2395 Superbiendi occasionem accipi ex consideratione inordinata proprię excellentiæ.S.Th.2.2. q.162.a.6.ad 1.

2396 Superbiæ impetũ frænari cõsideratione tum vilitatis propriæ, tum diuinæ magnitudinis, tum imperfectionis bonorum, de quibus homo superbit. S.Th.2.2.q.162.a.6 ad 1.

2397 Esse Superbiæ pœnam solere Permissionem ruinæ. S.Thom.2.2.q.162. a.6.a.3.

2398 Primum hominũ peccatum fuisse Superbiã. Quia cõtempto diuinæ regulæ ordine sibi inniti voluit primus parens, vt per se ipsum cognosceret quid sibi boni, vel mali futurum esset. S.Th.2.2.q.163.a.2.

2399 Paupertatem spiritus, id est, inflati, ac superbi affectus exinanitionem; viam esse ad æternã felicitatem consequẽdam. S.Th.2.2.q.19.a.12.

2400 Cognitionis studium moderari, Modestiæ actum esse, qui Studiositas appellatur. dist.13.nu.82. S.Th.2.2.q.166

2401 Desiderium addiscendi licita licitum esse, ac excitandum.d.13.n.82, 86.

2402 Præcipuum hominis studiũ esse debere circa cognitionem diuinorũ. d.13.à n.82.

2403 Plura, vel altiora scire velle, quam conue-

2417 Aliorum facta prospicere, ac inquirere inutiliter, aut ad malum; illicitum. d.13 n 88. S.Th. 2.2.q.167.a.2.ad 3.

2418 Peccatum esse omissionem discendi id, quod discere, vel scire quis debet. d.13.n.92.

2419 Motus externos corporis secũdum rectam rationem moderari, Modestiæ actum esse laudabilem d.13.n.61. S.Th.2.2. q.168.a.1.

2420 Illicitum esse corporis actus externos secũdum rectam rationem nõ moderari.d.13.n.65.S.Th. 2.2.q.168.a.1.

2421 Vtilẽ esse, ac frequentandum spiritualium colloquiorum vsum. Psal. 118.103.

2422 Frænandam linguam esse.d.13.n.61.

2423 Bonos esse solere effectus linguæ. Iac.3.

2424 Malos esse solere effectus linguæ. Iac.3.

2425 Vsum Silẽtij moderatum, laudabilem esse. d.13.n.61.

2426 Solere verba affectum internum sequi. Luc.6.45.

2427 Licitum esse ludum ad quietem à laboribus mentis. d.11.nu.251. & d.13.n.62.S.Thom.2.2. q.168.a.2.

2428 Illicitum esse in ludis, & iocis verbis, aut factis turpibus, vel nociuis vti.d.11.n.252.& d.13. nu.66.S.Thom.2.2.q.168. a.2,3.

2429 Cauendum esse in ludis, ac iocis ne grauitas animi totaliter resoluatur. d.11. nu. 251, 252. S.Th.2.2.q.168.a.2,3.

2430 Debere ludos, ac iocos, personis, tẽpori, loco, negotio, esse congruẽtes. d.11. nu.251, 252. & d.13. nu.62, 66. S.Th.2.2. q.138. a.7. ad 3.& q.168. a.2,3.

2431 Debere in ludis, ac iocis modum esse. d.11. n.251, 252. & d.13. n.62, S.Th.2.2. q.168.a.2,3.

2432 Illicitos esse ludos, ac iocos honesto fine carentes. d.11 n.251, 252. & d.13.n.62, 66. S.Th.2.2. q.168.a.2,3.

IN-

INDEX EXEGETICVS in Summam Theologię S. Thomæ.

Siue Summa Thomistici Commentarij.

PRopositum nobis est hoc Introductionis opusculum ad intelligentiam Summæ S. Thomæ peculiari ratione dirigere. Perfecta enim est, ac præclara totius sacræ doctrinę summa, opus Summę Sancti Thomæ. Id, vt pro tenuitate nostra præstemus, Indicem hunc adscribimus. Index est, quia loca indicat nostri opusculi: vnde faculæ sint accipiendæ ad intelligentiam perscrutandam, & dispiciendam singularum quæstionum Sancti Doctoris. Exegeticus autem Index est, idest, expositorius, quoniam si in huius indicis ordinem nostrarum Distinctionum, ac Propositionum doctrina redigatur: euadet illa totius thomisticæ Summę quasi continuatus quidam commentarius, & veluti paraphrastica quædam expositio. Vt enim nostra hæc Introductio expositio quædam est Scripturæ sacræ, vt in procemio præcedentis Indicis dictum est, quia totius Scripturæ doctrinam, ac sententias summatim complectitur: ita eandem esse quoque commẽtarium Summæ Thomisticæ dicendũ est: quia doctrinam docet Summa thomistica cõmunem in Ecclesia; quę doctrina cõmunis in Ecclesia eadem est cum doctrina sacrarum Scripturarum.

In Primam Partem.

&

Q.63.

In

In Primam Secundæ.

sunt

&

Q. 59.

Q. 59.

Q.79.

In Secundam Secundæ.

Q.142.

In Secundam Secundæ.

d. 11.

Q.142.

Q. 185.

In Tertiam Partem.

Q.50.

In Additiones ad tertiam Partem.

IN-

INDEX EPEXEGETICVS Rerum.

Siue Methodus Sacrorum.

INtroductionis opuſculo hunc poſtremũ Indicem adijcimus. quem Epexegeticum appellamus: quoniam enarratio quædam eſt, & altera quædam explicatio, enarrationi, ac explicationi adiuncta ſacrarum rerum, quę in ſuperiore operis doctrina continetur. Itaque ſi quis ſecundum hunc indicem eam doctrinam ordinauerit; maiorem ſe illius explicationem habere, & clariorem intelligentiam haurire deprehendet. Alio ipſum Indicem titulo, Methodum Sacrorum, nominamus. eſt enim vere methodus, & ordo: quo quiſque per ſe ſacrarum rerum intelligentiam inueſtigare poſſet, & earum doctrinam facili ratione docere. Neque vero videtur alia methodus eſſe poſſe vel facilior, vel plenior. eſt ea, quę traditur ab Ariſtotele in libris Topicorum: & fons eſt omnis inuentionis: & lucem præbet ad intuendum quidquid in re quaque eſſe poſſit. Perfecte enim rem quamque intelliges, cũ eius rationem formalem, & finem, & principium, ſiue cauſam efficientem, & materiam, & ſubiectũ,

& proprietates, siue accidentia intrinseca, & circũstantia, siue respectus extrinsecos, siue adiuncta, & effecta rimaberis. ea est huius indicis methodus in præcipuis materijs, de quibus in diuinis scripturis agitur, & in sacris Ecclesiæ Canonibus, & in scriptis Patrum, & in libris Scholasticorum Doctorũ. Ex quo intelligimus eam methodum optimam fore non solum in commentarijs in sacram Scripturam, & in prælectionibus scribendis; sed etiam in concionibus, quæ habentur ad populum Christianum de sacra doctrina. quam doctrinam nos summatim colligimus in hoc opusculo: quod Proœmium quoddam est maioris operis; in quo eandem doctrinam omnibus, quibus pro nostra tenuitate poterimus Scripturæ sanctæ locis, omnibus Sacrorum Canonum decretis, confirmare cogitamus: si vires suppetet, & vitam Deus.

A

d.2.

In-

&

Pun-

Omittuntur in hoc Indice multa, quæ spectant ad Iustitiam, Fortitudinem, Temperantiam, & ad virtutes illis affines, ac vitia contraria: quia omnia facile colligi possunt ex primo Indice in principio libri impresso, excurrẽdo propositiones à 1903. vsque ad finem.

	Errata.	*Correctio.*
Fol.17.n.1.	ea esse	ea est
ibid.	superet	superat
f.30.n.47.	quatenus produci	quatenus producti
f.391.ver.antepenult.	esse is tria	esse tria
ibi.in marg.desideratur num.		15

PARADIGMATA INTERPRETATIONVM SCRIPTVRALIVM, & concionum,

Secundum vsum Introductionis in sacram doctrinam,

Editæ à Francisco Pauonio Catacensi Theologo Societatis Iesu.

Eodem Auctore.



NEAPOLI,

Ex Typographia Lazari Scorrigij.

M. DC. XXIV.

Approbatio.

Vidi Paradigmata prædicta à R. P. Francisco Pauonio Theologo Societatis Iesu scripta, & ad quæ imprimenda facultatem ei fecit eius Præpositus generalis: & iudico digna esse, quæ ad multorum vtilitatem imprimantur.

Alexander Russus Canonicus dep.

Andreas Lecteresius Canonicus dep. vidit, & approbat.

Imprimatur.

Lælius Tastius Vic. Gen.

PARADIGMA INTERPRETATIONIS SACRAE

ſecundum rationem Indicis Iſagogici, qui in libro Introductionis in ſacram doctrinam.

OBijciatur ad intelligendum, & interpretandum textus ſacer quicunque. ſit exempli cauſa illud Pauli Hebr. 11.6. *Sine fide autem impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.* Principio conſiderandum eſt breui, rudiq; aliqua conſideratione, qua de re ſit ſermo in eo textu. Plurimum autem, eam rem indicant ipſa verba textus. Vt in hoc Pauli textu Verba, Fide, Placere, Remunerator; indicant agi de fide; De amicitia cum Deo, ſeu de charitate; De diuina Prouidentia in pœnis, ac præmijs largiendis. Ergo ſi quis antea per otium Indicem Iſagogicum peruolutauerit; ſitq; in eo vel minimum verſatus; ſtatim in eo reperiet eas ſententias, in quibus agitur de fide, de charitate, de Prouidentia Dei: & collatione facta earum ſententiarum cum hoc Pauli textu; facili negotio intelliget quænam earum ſententiarum Pauli verbis congruant. Ita ſecundũ eas ſententias abſque vlla erroris ſuſpitione verba Pauli & intelliget, & interpretabitur. Vt nos in hoc Paradigmate oſtendimus. Si plura velit intelligere, & penitiora ſcrutari, & acutius interpretari: adeat eos vel noſtrarum Diſtinctionum, vel S. Thomæ locos, qui poſt ſingulas ſententias citantur. Sin ſententiarum, quæ in Indice

ſunt Iſagogico neque doctrinam, neque ordinem teneat; ſitque rudior, quàm vt ſciat res, de quibus in ſcripturæ textu agitur, in eo Indice reperire: adeat, & conſulat vltimum Indicem epexegeticum Rerum. Ibi enim ordine alphabetico vocum, omnes Indicis Iſagogici ſententiæ, propoſitioneſq; collectæ habentur; & litteris p. pr. quæ propoſitiones ſignificant, indicantur eæ Indicis Iſagogici ſententiæ, quæ ad eam Rem faciunt, quam cupimus ſecundum ſacræ Scripturæ ſenſum intelligere. Citantur etiam in eo Rerum Indice litteris D, n. diſtinctiones, numeriq; in diſtinctionum interiore margine impreſſi: in quibus Propoſitionum, ac ſententiarum, ſeu Rerum ſacrarum rationes, & acutiores interpretationes habentur. Nunc ad ipſum Paradigma, exemplarq; interpretationis accedamus.

Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Credere enim oportet accedentẽ ad Deum, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit.

Plurimas, quę in his verbis latent, ſententias eruimus, Indice Iſagogico facem præferente: quæ ad dogmata, doctrinamq; Eccleſiæ Catholicæ pertinent. 1. Principale, quod per Fidem Chriſtianam credimus eſſe Deum. prop. 1318. *Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia eſt.* 2. Eſſe fidem de alijs obiectis, prçter Deum, quatenus dicuntordinem ad Deum. pr. 1319. *& inquirentibus ſe remunerator ſit.* Credere enim oportet eſſe à Deo rectè agentibus præmia, malè agentibus pœnas tribuendas.

3. Extendi fidem etiam ad ea, quæ naturali lumine cognosci possunt. pr. 1320. nam quæ hic dicuntur, etiam naturali lumine cognoscuntur; nempe Deum esse, & prouidentiam circa homines habere. 4. Fontem esse fidem, & principium salutis. pr. 1331. *Sine fide impossibile est placere Deo.* 5. Spei principium, & fundamentum esse fidem. p. 1333. *& inquirentibus se remunerator sit.* Innuunt hæc verba rationem spei: speramus enim à Dei bonitate præmium vitæ æternæ. 6. Principium esse fidem operum bonorum. p. 1336. Credit enim Deum remuneratorem: quod est motiuum ad benè agendum. 7. Esse fidem necessariam ad salutem. pr. 1342. *Sine fide impossibile est placere Deo.* 8. Solam, ac sine operibus fidem, non esse satis ad salutem. p. 1343. Ait enim oportere credere quod Deus inquirentibus se remunerator sit. ergo sunt necessaria bona opera. 9. Esse fidem necessariam ad percipiendum etiam ea, quæ naturali lumine cognosci possunt. prop. 1344. Nam Deum esse, & remuneratorem esse, naturali lumine cognosci potest. quamquam non potest Deus naturali lumine cognosci vt remunerator largiens visionem beatificam. 10. Fidem aliquorum articulorum explicitam, necessariam esse ad salutem. pr. 1345. Nam quæ hoc in loco dicuntur esse necessaria vt credantur, explicitè ponuntur. 11. Non credi temere, quæ fide Christiana creduntur. prop. 1375. Hæc enim, quæ credenda proponuntur, etiam

lumine naturali congruentia sunt: Nempè esse Deum, eumq; remuneratorem. 12. Signum veritatis esse in ijs, quę ab Ecclesia præponuntur; quia nihil illis præstantius proponi potest, & congruentius. pr.1378. Ita hæc se habent, quæ Paulus proponit. 13. Esse amorem Dei erga homines. pr.1492. *impossibile est sine fide placere Deo*, supponit amorem Dei esse in homines. 14. Deum esse. p.1. *oportet credere, quia Deus est*. 15. Ad iustificationem, & gratiam diuinam recipiendam, necessariam esse voluntariam præparationem ex parte adultorum. pr.406. *accedentem ad Deum, &c.* 16. Esse in Deo prouidentiam. p.23. *Quia inquirentibus se remunerator sit*. 17. Opera bona suum valorem, & meriti rationem habere. p.1295. *inquirentibus se remunerator sit*.

Non videtur is Pauli locus alios sensus habere, quàm quos paulò ante, Indicis Isagogici ope, proposuimus. Valet ergo ille Index ad interpretandum scripturas.

Aliud

Aliud Paradigma.

Alio modo, et posita interpretatione grammatica verborum, de qua in secunda Introductionis Parte dicetur.

Magna opera Domini: exquisita in omnes voluntates eius. Psalm. 110. 2.

M*Agna opera Domini*) Dei opera omnia perfecta. pr.93. *Exquisita in omnes voluntates eius*) Vox, *eius*, est in textu hebræo, Hem, eorum. & ad tria referri potest. 1. Ad הֵם Deum. & sensus est: Omnia fieri prout Deus vult. pr.99. & voluntatis diuinæ nullam esse causam. p.27. & omnia à diuina voluntate pendere. p.296. Hèm, autem, idest, earum, numero plurali, ad tres diuinas personas refertur. quare latenter mysteriũ Trinitatis innuitur. p.57. 2. Hèm, referri potest ad iustos. Nam ante dixerat, Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo; in consilio iustorum. & sensus est: Deum omnia facere propter electos. d.2.n.7. 3. Hèm, referri potest ad ipsa opera. & sẽsus est: Omnia Deum producere, & gubernare secundum propensionem, & exigentiam singulorum. Exercere Deum prouidentiam circa omnia. p.304. Admirabilem esse in diuina prouidentia cum efficacitate suauitatem coniunctam. p.305. Suam quamque rem creatam, opera-

tionem habere. prop. 308. Inditum esse à Deo rebus omnibus appetitum in suum bonum, pr. 299.

Hæc duo interpretandarum scripturarum Paradigmata plurimum poterunt ad facile inducendam in omnem Clerum, secundum mentem, ac Decretum Concilij Tridentini sess. 5. c. 1. de Reform. expositionem, ac interpretationem sacræ scripturæ. ne cælestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat. Quantumuis enim Doctorum, lectorumq; penuria laborare aliquas Ecclesias contigerit: si Rector velit, cogatque quemque è Clero Introductionis libellum inspicere, & scripturæ textus, quos ipse proponet, secundum hæc Paradigmata interpretari, & interpretationes scriptas ad ipsum, aut ad eum, quē ipse Academiæ præfecerit, afferre, ac recitare legendo: breui quiuis è Clero, quantumuis rudis, satis & scripturarum sacrarum, & Theologiæ, & habendarum concionorum eruditione instructus euadet.

Para-

Paradigma Sacræ Concionis, ſecundum rationem Indicis Epexegetici Rerum; qui in fine libri Introductionis in ſacram doctrinam.

PRoponatur res quæcunque ſacra ſiue ad credenda pertinens, ſiue ad agenda, vt ſalutem æternam conſequamur. is enim eſt ſacrarum concionum finis, illa ſunt earum materia. Proponatur exempli cauſa Fides, vt de ea ſacra concio habeatur. Adeundus ſtatim, & conſulendus huius libelli vltimus index epexegeticus Rerum. qui, cum alphabeticus ſit, ſtatim indicabit materiam ad dicendum propoſitā, nempè Fidem. In verbo Fides reperies, & collectam, & ordine Topico, qui optimus ordo eſt, digeſtam, & citatam omnem præcipuam doctrinam, quę ad Fidem Chriſtianam ſpectat; quam doctrinā omnem habes in Introductionis libello. quare tibi neque alio labore, neque libris alijs opus erit, neq; ad inueniendum quid dicas, neque ad diſponendum quæ inueneris. Vnus tantùm reſtaret labor (quamquam neque ſemper neceſſarius) aliquem ſacræ Scripturæ locum, aut Sancti alicuius Patris ſententiam inquirere: qua, quæ ex Introductionis libello exceperis, maiore auctoritate confirmes: & eſſe tamen ſatis tibi poteſt S. Thomas: quem in omnibus ferè noſtris ſententijs citamus ad maiorem auctoritatem. Non enim eſt noſter Introductionis libellus ſumma doctrinæ S. Thomę; ſed doctrina Thomiſtica, id eſt communis. Iam ſi ad Indicem alphabeticum Rerum te conferas ad verbum, Fides: longiſſimam de Fide concionem texes: in qua agere poteris

de

tionem habere. prop. 308. Inditum esse à Deo rebus omnibus appetitum in suum bonum. pr. 299.

Hæc duo interpretandarum scripturarum Paradigmata plurimum poterunt ad facile inducendam in omnem Clerum, secundum mentem, ac Decretum Concilij Tridentini sess. 5. c. 1. de Reform. expositionem, ac interpretationem sacræ scripturæ. ne cælestis ille sacrorum librorum thesaurus, quem Spiritus sanctus summa liberalitate hominibus tradidit, neglectus iaceat. Quantumuis enim Doctorum, lectorumq; penuria laborare aliquas Ecclesias contigerit: si Rector velit, cogatque quemque è Clero Introductionis libellum inspicere, & scripturæ textus, quos ipse proponet, secundum hæc Paradigmata interpretari, & interpretationes scriptas ad ipsum, aut ad eum, quē ipse Academiæ præfecerit, afferre, ac recitare legendo: breui quiuis è Clero, quantumuis rudis, satis & scripturarum sacrarum, & Theologiæ, & habendarum concionorum eruditione instructus euadet.

Para-

Paradigma Sacræ Concionis, secundum rationem Indicis Epexegetici Rerum; qui in fine libri Introductionis in sacram doctrinam.

PRoponatur res quæcunque sacra siue ad credenda pertinens, siue ad agenda, vt salutem æternam consequamur. is enim est sacrarum concionum finis, illa sunt earum materia. Proponatur exempli causa Fides, vt de ea sacra concio habeatur. Adeundus statim, & consulendus huius libelli vltimus index epexegeticus Rerum. qui, cum alphabeticus sit, statim indicabit materiam ad dicendum propositã, nempè Fidem. In verbo Fides reperies, & collectam, & ordine Topico, qui optimus ordo est, digestam, & citatam omnem præcipuam doctrinam, quę ad Fidem Christianam spęctat; quam doctrinã omnem habes in Introductionis libello. quare tibi neque alio labore, neque libris alijs opus erit, neq; ad inueniendum quid dicas, neque ad disponendum quæ inueneris. Vnus tantùm restaret labor (quamquam neque semper necessarius) aliquem sacræ Scripturæ locum, aut Sancti alicuius Patris sententiam inquirere: qua, quæ ex Introductionis libello exceperis, maiore auctoritate confirmes: & esse tamen satis tibi potest S. Thomas: quem in omnibus ferè nostris sententijs citamus ad maiorem auctoritatem. Non enim est noster Introductionis libellus summa doctrinæ S. Thomę; sed doctrina Thomistica, id est communis. Iam si ad Indicem alphabeticum Rerum te conferas ad verbum, Fides: longissimam de Fide concionem texes: in qua agere poteris

de

de Fidei ratione, de obiecto, de materia, de dispositione, quæ requiritur ad recipiendam Fidem, de Fidei principio, de subiecto, de proponente, de regula Fidei, de signis facientibus euidentiam credibilitatis, de proprietatibus, de actionibus, de effectibus, de fine, de præstantia, de adiunctis, de necessitate, de veritate, de obscuritate. Plura ne ad dicendum requires? Numquid aliquid solidi superest, quod tibi non proponatur, & iam inuentum, digestumque tradatur? Sed ne nos in nostro Paradigmate longiores simus, quàm par est: relictis alijs, quæ de fide dici possunt, solùm de Fidei necessitate, causa exempli, dicemus, & materiam summatim proponemus.

De Fidei necessitate.

Procemium. CVm multa de fide dici possint, Auditores; tria videntur esse præcipua, ad quæ cætera reducuntur, quæque lucem maximam afferunt ad Christianam Fidem & intelligendam, & amandam, vt par est: nempè Christianæ Fidei necessitas, veritas, obscuritas. Hac nos concione nostra solùm de necessitate dicemus.

Discursus, & explicatio. Necessitas Fidei Christianæ colligitur & ex eius obiecto, & ex motiuo, & ex proponente. Cum enim summum hominis bonum (dist. 7. à n. 3. vsque ad 18.) sit Deus, vt in 5. dist. dictum est: cuius claram visionem ex diuino decreto debet homo, qui est agens intellectuale, per suum intellectualem motum, & opera consequi, vt est in 2. & 6. dist. explicatum: necessarium

rium omnino est vt ab homine cognoscatur Deus, & media, quibus ad eius possessionem peruenitur. Ad hæc autem cognoscenda vt oportet, non est satis homini lumen naturale. tum quia Deus vt auctor gratiæ, & visibilis intuitiuè à nobis, non potest cognosci cognitione naturali. tum quia circa ipsum Deum vt auctorem naturæ sæpissimè contingit homines cognoscendo errare. tum quia ad cognitionem naturalem diuinorum non facilè possunt homines, præsertim rudes, peruenire; & qui ad eam perueniunt, multo labore, & post multum tempus perueniunt. tum quia media, quæ sunt ad salutem necessaria, vt Christi merita, vt Sacramenta; non cadunt in cognitionem naturalem. Necessaria ergo est Fides Christiana, quæ modo facili, ac non multo opere proponit omnia, quæ scitu necessaria sunt ad salutem, & ad vitam degendam rectæ rationi conuenientem. Ex quo colligimus necessariã esse ad salutem fidem, & cognitionem explicitam aliquorum obiectorum; nempe eorum, sine quorum cognitione non potest homo motum intellectualem facere congruentem fini supernaturali: vt est cognitio Dei vt remunerantis rectè agentes pręmio, malè agentes pœna. & quidem aliquorum obiectorum cognitio est simpliciter, & absolutè necessaria necessitate, quam Theologi vocant, medij; quia est medium, sine quo non potest, posito diuino decreto, vllo modo perueniri ad salutem: vt est cognitio, quam

paulò

paulò ante diximus, Dei vt remunerantis. Aliquorum obiectorum cognitio non est absolutè necessaria; sed ne peccatum contra diuinum præceptum admittamus, atque ob id è salute decidamus. habemus autem, vt natura ipsa clamat, diuinum præceptum, vt tantum beneficium, quod ad ęternam salutem spectat, agnoscamus; vt media procuremus, quæ à Deo statuta sunt ad salutem consequendam. Est autem admodum difficile media ad salutem necessaria nobis procurare sine aliquorum obiectorũ cognitione: vt est cognitio aliquorum mysteriorum Christi Redemptoris, & pręceptorum Decalogi, & aliquorum Sacramentorum. Aliquorum obiectorum cognitio necessaria est necessitate præcepti, non quidem omnibus sed ijs dumtaxat, qui aliorum Magistri sunt in Ecclesia: qui ex officio docendi alios, tenentur plura cognoscere, quàm alij; pręsertim ea, quorum cognitio est necessaria ad suos discipulos erudiēdum, & ad illos seruandũ ab errore, &c. *quæ habentur distinctione 7. vsque ad num.* 18. *vbi fusè probatur quantum sit nobis necessaria fides, vt cognoscamus ea, quæ scire necessarium ad salutem; & vt certi simus in iis, quæ credimus, & quæ speramus, nos non decipi.*

Peroratio. Ex ijs, quæ hactenus de Fidei Christianæ necessitate dicta sunt, intelligimus, Auditores, quantas Deo gratias agere debeamus; qui nobis Fidei donum largiri dignatus est: quanto cum desiderio, ac diligentia addiscere ea, quæ

&

& ad ſciendum, & ad agendum nobis ſunt neceſſaria: quanta ſit patrum familias,& ſuperiorum ſpiritualium obligatio ad inſtituendum in doctrina Fidei pueros,ac rudes: quam propenſi omnes eſse debeamus ad propagandum, ac tuendum Catholicam Fidem.

Hoc ſacrę concionis Paradigma poterit, Deo iuuante, plurimum ad eum concionandi modum inducendum: quem præſcribit Concilium Tridentinũ ſeſſ.5.c.2. de Reformat. Non enim afferenda ſunt ſacris concionibus inutilia, & non congrua verbo Dei, ineptaq; fini, ob quem in Eccleſia conciones habentur. Finis autem Verbi Dei eſt hominum inſtructio de credendis,& de agendis, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem. ita docet Paulus 2.Tim.3.16. illis verbis: Omnis doctrina diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum,ad arguendum, ad corripiendum,ad erudiendum in iuſtitia:vt perfectus ſit homo Dei,ad omne opus bonum inſtructus. ita docet Eccleſia in Tridentino Concilio ſupra: Paſcant(inquit ad eos, qui concionari tenentur) plebes ſalutaribus verbis: docendo ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem: annunciandoque eis cum breuitate,& facilitate ſermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas ſectari oporteat,vt pœnam æternam euadere, & cæleſtem gloriam conſequi valeant. Videtur noſtri Paradigmatis modus ſancti Pauli, & Eccleſiæ menti congruens eſſe. Petitur enim concionis doctrina ex noſtræ Introductionis libello: qui modo facili, ac explicate continet Eccleſiaſticæ doctrinæ ſummam de agendis,& credendis. Vbi autem rudior eſt clerus, quam vt ſtatim intelligat Introductionis noſtræ doctrinam, vt ea vti in concionibus poſſit:

facil-

facillimum eſt remedium ad illum erudiendum ſine Doctore, ſola Introductionis lectione, vt manifeſte ipſa experientia docebit. Si enim Rector, cuius eſt à Domino cura paſcendi gregis, ac proinde clerum inſtruendi; ſemel, bis, pluries, ſi commodum fuerit, ſingulis hebdomadis congreget clerum ſuum; iubeatque vnum ex illis alta voce, ac diſtinctè, principium recitandi, ſeu pronunciandi, ſeu legendi, facere à prima noſtræ Introductionis Diſtinctione, ſiue Propoſitione; & præcipiat ſingulas periodos, ſiue ſententias ter, quater, quinquies eadem voce relegi; tum à ſingulis repeti periodum, ſiue ſententiam auditam; & ita deinceps aliam periodum, ſiue ſententiam legi, ac repeti donec Academiæ tempus abſoluatur: quis dubitet aliquam doctrinæ toties recitatæ intelligentiam quemlibet vel obtutiſſimum accepturum? Ita paulatim totus clerus fiet eruditus quantum Dei verbo, Sacramentiſque miniſtrandis ſatis fuerit. Quòd ſi Rector ipſe, aut is, quem Rector Academiæ præfecerit, ſit in Theologicis eruditus: par eſt ipſum eſſe primum in repetendo, quæ leguntur; vt repetitio ſit explicatior. quam cum cæteri audierint, & repetent facilius, & eruditionem, ac intelligentiam maiorem accipient.

F I N I S.